



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia VIII. De Mala Generatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

# HOMILIA VIII DE MALA GENERATIONE.

Secundo die Mercorij Quadragesimæ.

Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Phariseis, dicentes: Magister, volumus, &c. Math. 12.

† I



Idemus hodie Christum, acriter stomachandum, & cum nobis depingit Diuinus Euang. Ista Matthæus adeo nauocabundum, ut cum ipse esset, prout Dauid eius pater testabatur, eius labia fontes essent pe-

Psal 44.3.

rennes dulcedinis ac gratiarum: *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Modo tamen videatur, labia habuisse plena amaritudine, indignatione, & verborum asperitate: è quibus procedunt durissimæ increpationes, terribiles contra populi sui viros primarios comminationes qui eum de quibusdam signis accedebant interrogari; quos primo accessu excipit, ut pranos, adulteros, peruersos. *Generatio praua & adultera;* demum altius rein attollit, eosque compellat progeniem maledictam in superlativo gradu. *Sic eris generationi huic pessima.* Quibus nedum petita concedit, sed à se dedignans eos expellit, omnibus deuouet diabolis, à quibus eos asserit deperdendos. Nec immerito: Attento enim eorum pulso, ut veridicus medicus, adeo malitiosam eorum inuenit infirmitatem, ut ex remediis, acerbarentur, & in venenum illa conuerterent. Ecce quàm irremediabilis agritudo. Vidit eos tam peruersa, malitiosa, & distogta naturæ: ut bona præclariora illis officiant: clarioribus Solis radis obtenebrentur, ignis diuini calore infrigidentur, beneficiorum luauitate magis obducentur, luce clarissima obscurentur, vitæ fontis torrentibus exsiccentur & adurantur ex bonitate malitiâ repleantur, immergi abyssu & profundissimo pelago mirabilium, prodigiorum, misericordiarum in summæ calamitatis ac miseriarum pelago miseri suffocentur: ex mensa diuinis ferculis abundantissima surgunt, ac discedit fan e canina rabidi: ut eis optimè conueniat, illud Dei terriucamentum ex ore

Vanis Michæ. *Tu comedes, & non fa uaberis Mich 6. &c. tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo & mu 1. stum, & non habes vinum.* Preparauit illis Deus mensam omni prodigiorum genere redundantem, cui assiderent, suos pascerent oculos intellectus; in vitæ ac salutis alimentum; & parum est, quòd illis nihil hæc mensa contulerit beneficij, sed & insuper ex ea laqueum suæ damnationi lapidem offensionis, & petram scandali, quo sibi offenderent oculos, eduxerunt. Iuxta illud Dauidis: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.* Coram eis Christus plurima ediderat miracula, & inter ea præcellens aliud permagnificum, & in vno multiplex, nam vno actu, visum, auditum, loquelam homini reddidit, quem Iis omnibus demon priuauerat sensibus.

Et qui corrigi ac illuminari debuissent, & credere Christi potestatem esse de celo virtutemque eius omnino diuinam, exæcantur, de illo spargunt, esse necromanticum, potestatem hanc uactum à dæmone, cuius virtute mirabilia hæc operetur, eoque veniunt audaciæ, ut accedant, querant, quòd si ab his talis haberi velit, qualem se gloriatur, det eis signum maioris notæ, quæ enim hæcenus ediderat, minora esse miracula, quorum duodecim vix libram appendant. Magister, inquit, licet populo satisfacias, qui ut vulgus indoctum, paucis conquiescit: nos verò ut viti docti & honorarij, qui res penitus intuemur, nec duci nos sinimus rebus leuioribus, volumus à te magni ponderis miraculum, opus magnificum de celo sursum: non enim minoribus operibus de terra deorsum conquiescimus. Audit illos Christus, & tam impudenti petitione commotus, ad circumstantes conuersus, qui plurimi adstant, voce canora, quam omnes intelligerent, An non videtis (ait) sobolem istam pessimam, quibus accurrat, quæ petat miracula, quæ signa postulet?

Vci o

Vero verius, illis aliud non dabitur signum, nisi Ionæ Prophetæ. Ex hac occasione procedit Christus, illisque æternæ damnationis intimat sententiam; quasi quorum diabolus iam plenam obtineat possessionem; & discessum suum concludit: declarans quod ut matrem, fratres ac sorores habeat eos, qui patris sui fecerint voluntatem; Hoc in nobis implebitur diuinæ gratiæ subsidio, quam intercessione Regiñæ cælestis imploremus, eam piè salutantes. *Aue Maria.*

§. I. *Obstupescite Christum retrogradi, ut olim Sol tempore Ezechia retrogressus est, causam inquiramus.*

**D**ionysius Areopagita, diuinus Astrologus (Refertur in Glossa ordinaria) non tantum ob frequentatas Athenas, quantum ob perceptas D. Pauli lectiones, censuit quod licet sapientis non sit admirari, ut ait Aristoteles, se tamen sapientissimos Babylonix Principes, de monstrante: quando summo stupore percussi admirati sunt solis retrocessum tempore Regis Ezechia ( ut narrat Spiritus S. ) ad hoc eum maxima mouebantur ratione. Nota cunctis legitur historia, quam idcirco saepe numero facit textus commemorare. Infirmabatur in Hierosalem Rex Ezechias, cui Vates Ilias ex ore Dei vicinæ mortis indicat horam: *Morieris tu & non viues.* Conuersus ad parietem ingemuit Rex ac Reor: Diuinum imploiauit misteriorum diam, cuius miserus Dominus latam reuocat sententiam, vix dies ad quindecim annos extendit. Ut vero illi horis promissionis fidem astruat: hoc ei dat signum: ut Sol, qui iam cursu velociori tendebat ad Occidentem; nec ab expleto cursu multum abierat, ita retrocederet, & quasi præteritam viam repeteret, vmbrañque reuiceret per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz: æque ac si à quarta vespertina, retrogressus esset ad sextam matutinam: adeo ut cum dies verge-ret ad occasum, exierit de nouo recalescere.

Ve autem erant eminenter sapientes Principes Babylonix, & suis Astrolabix calorum motus metiebantur, solisque passus considerabant, Solem fuisse retrogressum, annotarunt: Admirantur: Quid hoc? quod Sol tantum sit retrogressus, & repedarit dies iter quod iam confecerat? qui cum iam proximus esset Occidenti, versus Orientem remearet? quæ manus adeo fortes? Quid huic oppositum, quod nedum portuerit illius cursoris Gigantei detinere velocitatem, ve-

rum & insuper ad regressum compulerit? Hoc prodigium adeo sunt admirati, ut Babylonia Hierosolymam miserint legatos: *Ut interrogarent 2 Paralip. de portento.* Nec sine causa admirati sunt, (ait D. 32. 31.

Dionys.) & causam tam insoliti, & præternaturalis prodigij, quale erat solis retrogressus, sciscitari sunt. Maior longe nobis hoc die ratio suppetit admirationis, dum solem nostrum certimus contra consuetum suum cursum in tantum retrogradi. Sol Diuinus est Christus, ut ipse sibi nomen imponit: *Ego sum lux mundi,* testante D. August. Deinde sub eodem Hieroglyphico eum cælestis Pater orbi condixerat mittendum; per Prophetam: *Vobis timentibus nomen meum oritur Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius:* Tam celer, ut David figuræ inhærens, dicat: *Exultauit vs Gignis ad currentiam viam: à summo calo &c. nec est qui se abscondat à calore eius.* Cuius veritatem nobis insinuat eius Apostolus D. Petrus, dum de Christo testatur: *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.*

Alludere videtur D. Petrus ad id, quod de Sole prædicat Ecclesiasticus: eius extollens pulchritudinem, actiuitatem, & celeritatem *Sol vni admirabile opus excelsum Festinauit iter;* pariter exponit beneficium, quod omnibus illo itinere præstat creaturis, ut quasi ipse eas inuestiget, suam communiçet lucem, & cum illa virtutem, quæ quæque secundum speciem suam, ac naturam indiget creatura. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.* Virtutem enim dat terræ herbas germinandi, arboribus fructus producendi, animalibus catulos generandi, & educandi. Ecce sol noster Diuinus; *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.* Mandum percurrit totum, totis manibus effundit beneficia, cunctorum vota petentium exaudit: Cæco præstat, ut videat; leproso, ut mundetur; claudo, ut ambulet; paralytico, ut cerui lenitate currat; mortuo, ut resurgat; denique cunctos inuitat, omnibus se liberalis ac beneficis offert: *Venite ad me omnes, qui laboratis &c.* Hodie verò certimus & admiramur solem illum diuinum, non tantum in cursu suo sistentem, sed remeantem, vsque ad vltimam lineam, qui nedum diuinos faos recolligat radios, id est miracula sua suspendat, sed illa petentibus neget, nec id quidem pro paruo temporis intersticio, sed pro semper. *Signum non dabitur ei.* Parum est quod illa petentibus neget, insuper & eos pudore confundit, verbis aggreditur acerbioribus: excipit ut generationem malam, imo pessimam, homines quibus omne paratur malum, homines



ita Dei vindictæ expositos, vt miserimi sine homines inauspicatos, quos diabolus sibi prædam auferat sempiternam. Quid hoc Dominus? Ex quo talis? An non ille, quem Pater æternus Moysi promittens, hoc nomine compellat *Omne bonum ostendam tibi omne bonum* Si boni natura ea sit, vt se aliis quoque comunicet, & quod maius bonum, magis se comunicet, quomodo teipsum aliis negas? Dum te tua describit sponsa, membrarim de tuo sic proloquitur gutture: *Guttur illius suavissimum*. Legunt Septuaginta: *Guttur eius iuuuantes*: Fons omnis dulcedinis. Notat D. Gregor. Guttur esse quoddam concauum, vbi vox formatur, quam ore exprimimus. Et sicut, si in concauo saccari formaretur fons, quanta inde manaret aqua, dulcissima foret: Ita cum sponsi guttur sit concauum totius dulcedinis, quotquot in eo verba formantur, per os exprimenda, ipsa sit oportet suavissima, imò ipsa dulcedo. Qui igitur fieri potest, vt modo profusiant verba adeo amara, adeo desolatoria? quæ hæc tanta nouitas? Quis te, ô Sol cælestis coëgit, adeo de solito cursu suo retrogradi? Admiremur & uos, vt illi Babylonici Sapientes, solis hunc regressum: & huius portentæ causas inquiramus.

§. 2. *Non commouetur Christus, eo quod signa petant, quinimo non petentes, fert molestè.*

¶ 4 **O**Mnes Sancti tractantes præsens Euan-gelium, inquirunt, quid hic interuenit, occasionis, quòl adeo Christum commouerit. Quid est quod ei bilem mouerit: quid tam acriter eum momordit? quid tam amarum reddidit, pupugit, exacerbauit? Philosophemur. Num forte stomachatus est, eo quod accesserint signa petentes? Minimè; quia absit vt Deus stomachetur eo quod quidquam ab eo postulet, quin potius, angorem illi præbet, dum nihil postulas. Mulier cuius vbera sic lacte turgent, vt crepent, & sponte distillent, filio non stomachatur, quòd illa requirit. Quàm repleta & turgida sunt duo Dei vbera, exuberant potestate, exuberant voluntate, quæ sponsa tantopere commendat. *Meliora sunt vbera tua vino*. Conquiescit Deus, quoties ad illa accedis vbera, quoties eius requirit beneficia, & nostro modo loquendi, conqueritur, quòd nullus sit, qui ea desideret. Hinc ortæ sunt querelæ illæ, quas Vates Isaïas impio Regi Achaz proposuit: Mirum anxietatur Rex ille totus animo conster-

Exod. 34. 19.  
Cant. 1. 16.  
Orat. 14. in Cant.

natus, eo quod duorum potentissimorum Regum, scilicet Rafin Syriæ, & Phacee Regis Israel exercitibus obsessus tenebatur. Adest Propheta Isaïas, ait: Rex, Deum inuoca, & in celsam, quòd tibi desideratam concedet libertatem, *Ite tibi signum &c.* quocumque placebit: Respondet ille: *Non petam, & non testabor Dominum*. Legunt alij: *Non petam, & non glorificabo Dominum*. Quando quis aliquo indiget, aut necessitate coarctatur, nec inuocat Deum, auxilium postulans, eum inhonorat, ei est iniuriosus: quia aut eius denegat potentiam, quâ illi succurrat, aut derogat voluntati illi petita concedendi. Si eius denegat potestatem, accusat vt defectuosum & pauperem. Si potestatem credit, & voluntati derogat, vt illiberalem, & vilem eum inhonorat: quia inter nos, qui habet quod det, nec date vult, vt talem accusamus. Indignatur Propheta, & sic: *Audi ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, molestos vos esse hominibus, quia molestus esis, molestos vos esse hominibus?* Legunt: *Angorem præbuisis Deo meo.* O perfidi; qui Deum ad summam redigitis angustias, eum non rogas, eius portas non insullentes, vt vobis necessaria postuletis. *Angorem præbuisis Deo meo* Deus meus, quis te potest coarctare? Quis tibi potest esse grauis, quis importunus? quis comprimere, quis angulare? num forsau ad similes Susanna redactus angustias, vt exclames: *Angustia mihi iurat undique?* Dan. 13. Idem Propheta Isaïas nobis hoc declarat: Deum nobis nostro modo loquendi, describeris, quasi cogitandum, anxium, querulum: Et ob quam causam? quia nullus ad eum confugeret. *Et vidit, quia non est vir; & aperiatus est, quia non est, qui occurrat* Hoc verbum, *Aperiatus est*, quæcum est, adeo particularis significationis, vt quoties Latinus interpres illud offendit, non transierat, sed ita vt sonat, exprimat: & dicere possemus, quod significet hominum perplexum, sollicitum, consteratum. Talem se Deus exhibuit Isaïæ. *Aperiatus est*. Quam ob rem igitur? Eo quod Deus hæc, illucque conspiciat (ait) num sit aliquis, qui ad portas suas pulset quidpiam rogaturus: & vidit neminem. Eo modo quo mercator, qui officinam suam polymitis, rellis, sericis, tapetibus gemmis &c. instructam præparauit, quibus omnia bona sua impendit: interim qui merces illas emeret, accederet nemo; & sicut illi nihil magis perplacet, quàm quod n'odo ille, modo alter eius intret officinam mercaturus: ita Deo contigit; cuius Apostolus quæ timè nouerat conditionem, dum ait: *Dines*

I. Achaz non petens, sed quædam. Deo esse dicuntur malis.

1/a. 7. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

11. 13.

*Mat. 12* *Dives in omnes, qui invocant illum.* Apud homines, quantumlibet quis dives sit, nunquam tamen omnibus dives est, quo quot ad eum petituri concurrunt; nullas enim adeo dives est, qui non se offendat inopem petentibus. Do- casum est aliquis opibus ad luxuriam plenus, cuius domus si altera Arca Noe, & ut magis ardeat, vel ut aliquem honoris titulum assequatur, vel ut matrimonio jungat, aut filium, aut filiam se multo jactat (quam sit) ditiosem ostendat suos capetes, utensilia, abacos, tabulas, jura, census, hereditates: Verum enim vero eo ipso quo quis quidquam ab eo postulat, retrograditur, & se pauperem ingemiscit, mille necessitates, mille opponit rerum indigentias, modo deficit illi messis, modo non solvantur illi reditus anni, modo tot refert expensas familie suae faciendas, ita ut ei necessaria quoque defuit, modo non solvantur ei debitorum. Ita describit Spiritus sanctus Nabal: Carmelum. *Erat vir in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oves tria milia, & mille asinae, adest dies quo omnia in domo eius superfluant, & ecce erat ei convivium in domo eius quasi convivium regis.* Cum hac ille gloriatur abundantia, accedunt Davidis milites rogaturi: confectum retrocedit, se excusat magnam refert numerum praemiorum pastorum, operariorum, famulorum, & quod quotidie tot sese offerant expensae, ut sibi potius quid deficiat querendum, quam superfluit erogandum. Huius patet experientia quotidiana. Ve utinam, licet Deus in se dives sit, singulariter hoc ostendat erga eos, qui aliquid ab eo postulant. *Dives in omnes, qui invocant illum;* Non retrograditur, quando orationem eius pulsas flagitaturus, & accedit oraturus, sed tunc tibi demonstrat parentius divitias suas inexhaustas, tibi eas ob oculos proponit, ut plura depolcas, te invitat; *Dilata os tuum, & implebo illud.* Quia eo instanti, quo precaturus accedis, mentem tuam attollis sursum, in eum jactas tuum cogitatum; suam tibi aperit magnitudinem, te super sidera tollit, suas divitias ostendens infinitas, ad quas te invitat liberalis.

III. Similitudo. *Mat. 12* *Dives in omnes, qui invocant illum.* Apud homines, quantumlibet quis dives sit, nunquam tamen omnibus dives est, quo quot ad eum petituri concurrunt; nullas enim adeo dives est, qui non se offendat inopem petentibus. Do- casum est aliquis opibus ad luxuriam plenus, cuius domus si altera Arca Noe, & ut magis ardeat, vel ut aliquem honoris titulum assequatur, vel ut matrimonio jungat, aut filium, aut filiam se multo jactat (quam sit) ditiosem ostendat suos capetes, utensilia, abacos, tabulas, jura, census, hereditates: Verum enim vero eo ipso quo quis quidquam ab eo postulat, retrograditur, & se pauperem ingemiscit, mille necessitates, mille opponit rerum indigentias, modo deficit illi messis, modo non solvantur illi reditus anni, modo tot refert expensas familie suae faciendas, ita ut ei necessaria quoque defuit, modo non solvantur ei debitorum. Ita describit Spiritus sanctus Nabal: Carmelum. *Erat vir in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oves tria milia, & mille asinae, adest dies quo omnia in domo eius superfluant, & ecce erat ei convivium in domo eius quasi convivium regis.* Cum hac ille gloriatur abundantia, accedunt Davidis milites rogaturi: confectum retrocedit, se excusat magnam refert numerum praemiorum pastorum, operariorum, famulorum, & quod quotidie tot sese offerant expensae, ut sibi potius quid deficiat querendum, quam superfluit erogandum. Huius patet experientia quotidiana. Ve utinam, licet Deus in se dives sit, singulariter hoc ostendat erga eos, qui aliquid ab eo postulant. *Dives in omnes, qui invocant illum;* Non retrograditur, quando orationem eius pulsas flagitaturus, & accedit oraturus, sed tunc tibi demonstrat parentius divitias suas inexhaustas, tibi eas ob oculos proponit, ut plura depolcas, te invitat; *Dilata os tuum, & implebo illud.* Quia eo instanti, quo precaturus accedis, mentem tuam attollis sursum, in eum jactas tuum cogitatum; suam tibi aperit magnitudinem, te super sidera tollit, suas divitias ostendens infinitas, ad quas te invitat liberalis.

His electos suos solatur, hilares reddit, confortat, reddit securiores: *Dives in omnes, qui invocant illum.* Non se contrahit, nec excusat petentibus se, non vultum avertit dedignandus, ut huius mundi divites epulones. Vidit in caelo Divus Ioannes, fumum incensolum fragrantissimum ascendentem in conspectu

tu Dei, quo recreabatur, sic ut viderentur cordis eius intima dilatari prout tibi contingit cum adest fragrans aromatum fumus, cuius te reficit optimus odor: querente autem D. Ioanne, qui ille esset incensolum fumus: responsum accepit: *Sunt ora ion. & sanctorum.* Homini- bus nihil adeo foetet, quam os & halitus pauperum egenorum, nec est infectio, a qua gravius vultus suos avertunt, quam a petitionibus mendicorum. Ita loquens, quod talis se subducit a tali vel tali: quia pauperes ei olent. At tamen in oculis Dei nullus aromatum odor ad eum suavis, quam quod te expectet petentem, & sursum ascendat oratio tua, dicit enim anima. *Fac me audire vocem tuam.* Quam oro vocem: Illam petitionum tuarum, ut illa fuit Davidis. *Vocem meam ad Dominum clamavi.* Hanc Dei qualitate Christus nobis exposuit, dum iungit, ut nunquam ab oratione desistamus: *Operiet semper orare & nunquam desicere.* Ad Dei portas esto continuus postulator; Sed si importunus Domine, numquid tot vocibus, tot petitionibus fatigabitur, in ignabitur? Nequaquam: quinimo fatigatur, & indignatur tibi nihil querenti, vultque ostiis suis haec inscribi: *Petite & accipietis, quae vultis & invenietis, pulsate & aperietur vobis.* Intendis Deo (phrasi nostra) iucundam exhibere recreationem? Ora: gemet &c, haec enim sunt eius deliciae. *Sino intermissio ne orate.*

Hinc patet, quod cum Christus sit verus Deus, non ex hoc excanduerit, quod signa peterent, quinimo summa adesset voluptate, petita concedens; Accurrit caecus: *Domine et videam: ergo respice?* Leprosus orat. *Si vis, Matri. 8. 2 potes me mundare.* Illico respondet: *Volo, mundare.* Ad piscinam: *Tolle lectum tuum.* Principi Synagoga, petenti filiam sanitatem, consentit, vadit ad aedes, filiam revocat in vitam. Centurioni serui sui paralyticum exponenti, comiter respondit: *Ego veniam & curabo eum.* Hinc conformiter expendit Divus Thom. annotationes Divi Augustini, & Divi Chrylostomi, quoties Christus nobis iniunxit orationem, & in ordine ad illam ipse petitiones composuit, & in ordinem digesserit: *Non nos hortatur, ut peteremus.* (ait Divus Augustinus.) *Nisi dare vellet.* Atende, (inveniet) quod non tantum nobis praecipit, ut petamus, sed ut semper petamus, & opportunè, importunè si liceat sic dicere. *Nunquam oranti beneficia denegat* (ait Divus Chrylostom.) *Qui, ut orantes non deficiant, sua pietate instigat.*

Apoc. 3. 17. Oratio- nes san- ctorum Deo sunt sumus odoratis- simus. Can. 8. 12. Luc. 18. 1. Luc. 11. 9. Luc. 18. 3. Matt. 8. 2. Ioan. 5. 11. Matt. 8. 7. 2. 2. 9. 8. 3. D. Avg. Ser. 3. & 29. de verbis Dom. Tom. 10. Refertur à D. Th. 111. D. CHR. Si



Si igitur hoc ita sit, illis indignari non potuit, quod petentes accesserint.

§. 3. Non offendit Christum, quod Magistrum vocent, nec quod multiplicata quærant signa.

**7** **N**ec quidem potuit Christum taxasse, quod eum Magistrum appellarent. *Magister*. hoc enim ipsum est nomen, quo se voluit appellari: sicut ait discipulis suis: *Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis.* & alias: *Ne vocemini Magistri, unus est enim Magister vester Christus.* Nec similiter potuit molestè ferre, quod dicerent: *Volumus*, licet enim sapiat quandam inurbanitatem, quando cum superioribus loquimur, verumtamen similes inurbanitates Christus perferre potest circa offendiculum, qui vique nostram nouerit incultitatem & experius sit rutilicitatem: ac proinde non ægrè tulit, quod Ioannes & Iacobus illo verbo vsi fuerint, quando supplicem illum libellum, satis temerarium obtulerunt: *Magister volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis.* Denique nec hoc in peiorem partem accepit: quod signa peterent: *Volumus à te signum videre: quia & eius amici familiares, cum Deo agentes, signa petere consueverunt.* Abraham tanta fidei vir, ut *Pater credentium* meruerit appellari à D. Paulo; vnus ex eorum numero, qui fide viuam suam Deum præ cæteris honorarunt, nihilominus, dum illi Deus terram illam fertilissimam, fluentem lac & mel filis suis promitteret in possessionem sempiternam, signum petiit: *Domine Deus unde scire possum, quod possis sursum sum eam?* Moyse, ut crederet plura ostendit signa, & potestatem tradidit ut ea faceret coram filis Israel, quibus illi fidem adhiberent. Gedeon signum petiit, ut Angeli dictis crederet, quod in Dei nomine sibi loqueretur: denique populo huic valde familiare fuit, nihil credere, nisi miraculorum potestate confirmatum, vnde Christus miracula vocat, panem quo sustentantur: dum ait mulieri Chananæ: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere eam ibi.*

Sicut enim vita pane sustentatur, ita populus hic in fide virtute miraculorum alcbatur, nec aliquid credebat miraculis non approbatum. Ita asserit Diuus Paulus. *Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quarunt.* Quando aliquid

*Ioan. 13.*  
*Matt. 23.*  
*Marc. 20.*  
*Rom. 4.*  
*Gen. 22.*  
*Matt. 15.*  
*1. Cor. 12.*

Iudæis prædicabatur, continuo petebant miracula, quæ illud confirmarent, sicut Gentiles exigebant rationes, quæ illud persuaderent. Quinimo ob hoc Christus, qui particulariter, ut tellatur Diuus Paulus Petro inuinxit prædicare Iudæis, sibi vero Gentibus, Petro adeo plenipotentiarium dedit miraculorum virtutem, ut etiam umbra sua sanaret languentes publicè expositos in plateis, ut colligit Diuus Chryostomus ex libro Actuum: Diuo Paulo vero tantam infudit sapientiam ac eloquentiam ut ipse Diuus Petrus hanc in eo demiraretur. Ut ipse declarat (Secundum Diuum Gregorium) dum ait: *Paulus secundum datam sibi sapientiam.* Potentissimos quoque percellabat Gentium, eosque verborum suorum eloquentia in stuporem adducebat, ut exemplo patet in Felice Gubernatore. Hinc igitur Christus molestè non ferebat, quod se ibæ signa peterent, quin & non petentibus dabat, sicut discipulis Diui Ioannis: quando illum interrogarunt. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Et ipse, quod Iudæi signa quærent, non querebatur, sed quod datis visisque tantis minime crederent. *Si opera non fecerim in eis, que nemo altus fecit, peccatum non haberent.* Sed an forte commouebatur, quod datis jam signis alia postularent.

Nec ob hoc ferebat Deus indignari: Gedeon enim vno signo ex vna parte, alterum quærebat ex alia, & ambo Deus concessit. Moyse vero potestatem dedit faciendi vnum, multa, & diuersa miracula v. si vno dato, aliud peterent, illud quoque faceret. *Si non crediderunt, neque audierunt sermone signi prioris, credenti verbo signi sequenti.* Quod si nec dubius his signis crediderunt, neque audierunt vocem tuam, sume aquam fluminis. An forte cum lex sit, quod signa peterint de cælo? Nec hoc: quia etiam prophætæ Samuel & Elias dederunt signa de cælo, ille ut audiretur tonitruum, viderenturque fulgura: hic ut descenderet ignis de cælo, nec erant tam potentes ut Christus, quanto magis, quod ipse Deus per vatem Iliam Regi Achaz obulerit. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Regi vero Ezechie datum fuit signum de cælo, nimirum, ut sol regresseretur. His addo prophetam Hieremiam, qui per manum Scribæ sui vatis Baruch quoddam describens instructiones Israelitis captiuis abductis in Babyloniam: inter cætera admonet, si quando viderent ibidem multa idola

*Ad Actum*  
*Act. 3. 1.*  
*Lib. 1. de*  
*secund. Petri*  
*1. 12. 1.*  
*1. 13.*  
*Mat. 11. 2.*  
*Ioan. 11.*  
*2. 4.*  
*Ind. 6. 33.*  
*Exod. 4.*  
*1. Reg. 12.*  
*2. Reg. 1.*  
*1. 16.*  
*1. 17.*  
*1. 18.*  
*1. 19.*  
*1. 20.*  
*1. 21.*  
*1. 22.*  
*1. 23.*  
*1. 24.*  
*1. 25.*  
*1. 26.*  
*1. 27.*  
*1. 28.*  
*1. 29.*  
*1. 30.*  
*1. 31.*  
*1. 32.*  
*1. 33.*  
*1. 34.*  
*1. 35.*  
*1. 36.*  
*1. 37.*  
*1. 38.*  
*1. 39.*  
*1. 40.*  
*1. 41.*  
*1. 42.*  
*1. 43.*  
*1. 44.*  
*1. 45.*  
*1. 46.*  
*1. 47.*  
*1. 48.*  
*1. 49.*  
*1. 50.*  
*1. 51.*  
*1. 52.*  
*1. 53.*  
*1. 54.*  
*1. 55.*  
*1. 56.*  
*1. 57.*  
*1. 58.*  
*1. 59.*  
*1. 60.*  
*1. 61.*  
*1. 62.*  
*1. 63.*  
*1. 64.*  
*1. 65.*  
*1. 66.*  
*1. 67.*  
*1. 68.*  
*1. 69.*  
*1. 70.*  
*1. 71.*  
*1. 72.*  
*1. 73.*  
*1. 74.*  
*1. 75.*  
*1. 76.*  
*1. 77.*  
*1. 78.*  
*1. 79.*  
*1. 80.*  
*1. 81.*  
*1. 82.*  
*1. 83.*  
*1. 84.*  
*1. 85.*  
*1. 86.*  
*1. 87.*  
*1. 88.*  
*1. 89.*  
*1. 90.*  
*1. 91.*  
*1. 92.*  
*1. 93.*  
*1. 94.*  
*1. 95.*  
*1. 96.*  
*1. 97.*  
*1. 98.*  
*1. 99.*  
*1. 100.*

vi Deos adorari, Deos esse non crederent, quia signa de celo non dabant: hoc enim proprium est vero Deo, cuius potestas ad ea usque sese extendit. Signa etiam in celo gentibus non ostendunt. Si illi ut Diis, colendi non sunt, quia signa de celo non ostendunt, Christo videtur convenisse, qui ut verus Deus volebat haberi, signa dare de celo. Ultimo nulla bilis offeritur occasio, ex facta eorum petitione: Iudæi etenim ex virtute credebant prodigiorum, & quanto articulus propositus ad credendum habebatur difficilior, tanto miracula exigebant præclariora. Videbant hi, quod Christus expereret, ut quid altius ac divinius de eo sentirent, quam de Moyse, Samuele, Elia, & omnibus prophetis: iustum igitur omnes & æquum cenlebant, ut illis signa daret melioris notæ, quam prophetæ fecerant prædecessores. Et hoc illi ostendunt se velle & dicere & petere. Si hoc ita sit, ob quid stomachatur Christus: ob quid eos excipit tam inhumanè?

§. 4. Accesserunt tentantes. Tentant hi Christum, ut patres eorum, quia post congestas blasphemias, ab eo requirunt beneficia: Generatio mala.

Multas adferunt S. S. Patres rationes. Prima sit Divi Chrysostomi qui illam cenfet, quam allegat Divus Lucas, qui eandem referens historiam, ait quod accesserint Tentantes eum. Hoc Christum commovet, sicut quando in deserto Raphidum Deum tentarunt Petentes aquam. Huc appellant, sicut, petunt aquam. Non illam petierunt, ex eo quod illis aqua dedit, etenim Manna liquefiebat, sed ut Deum tentaret, ut hoc declarat Moyses: Quid iuravi contra me? cui tentatis Dominum? Duxi flex nequias (ait Caetan.) Iurgium contra Moysen: & tentatio contra Deum; Quod futuri tentatio Moyses exponit: vidit enim Deum adeo commotum, ut voluerit huius tentationis setuari memoriam, intitulans locum hunc: Massa Meriba, id est tentatio, & iurgium; sine commentio. Et vocavit nomen illius Tentatio. Ad dicit Caetanus ex Hebræo textu sic addi: Et iurgium: Propter iurgium filiorum Israel, & quia tentaverunt Dominum, dicentes, Est ne Dominus in nobis an non? Videamus an Dominus sit us-

biscum, nec ne. An sit verum, eum esse qui nos conducat, nostri gerat curam. Fuit hæc adeo Deo permolesta tentatio, ut nunquam eam ex memoria sibi passus sit excidere. Non tentabit Dominum, ne indueris eor vestrum, sicut tentasti in Massa. Nolite obdurare, corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis sicut in Meriba, sicut eo die, quo fuistis in Massa in deserto. Ob hoc decretum Deus, ut nullus eorum terram intraret promissionis, & merito: Postquam enim viderunt prodigia facta in Ægypto, quæ cepit Deus per Moysen operari medio mensis Februarii, post egressum ex Ægypto medio Martii, post demersum in mari rubro Pharaonem, post diuturnum iter per Arabiæ deserta, & aquas Marath sibilicatas, post manna receptum de celo, & coturnices: quæ omnia post egressum de Ægypto contigerunt spatio triginta & unius dierum. Quintidiesimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Iudicaverunt increduli, hæc ad Divinæ potentia non sufficere cognitionem, ob hoc mutmuraverunt Petentes aquam tentantes Deum: hinc tam graviter in eos Deus stomachatur. Tentantes eum. Quomodo tentarunt hi Christum? multifariam multisque modis dici potest, quod quis te tenter: sed hic modus cæteris communior, quando te gravius offendit, & extemplo, quasi innoxius nulla data satisfactio, (a) se tibi sistit, quasi tibi magnum præstitisset obsequium. Si quispiam in medio foro tibi colaphum impigerit, & te a huc excaudescente, ut credere licet de viro honorabili, per domus tuæ portas ingrederetur, beneficium aliquod rogaturus, quid diceres? Dicitis tali, ut hinc se ocyus abripiat, nec me turbatum tenter acerbius; si eum videro, non aliud potero, quam illum iuxta suæ temeritatis animum, excipere nebulonem.

Eodem modo tentarunt hi Christum: iniuriam illi iterogant, qua nulla in hac vita molestior. Patrauerat Christus miraculum cæteris magis celebre, verius dixerit plurimorum epitomen: quia oblato sibi homine à dæmone possesso, cæco, surdo, muto, ut verbi sui eum liberavit, oculos, aures, linguamque restituens, pro ut Dominica tertia dicemus. Sic ve huius miraculi magnitudine convictus populus, eum caperit, ut verum Messiam venerari, & acclamare: Pharisei tamen ac Scribæ hinc occasionem sumpletunt, eius honori derogandi, dicentes eum Necromanticum, præstigiosorem, diabolo familiarem, quomodo

à diabolo possessum. Beelzebub habes, & hoc volo ut eis declares, intimes, quod impudentissima sit eorum inuerecundia, & quae sint eorum crimina, quibus me seuito grauius lacellum. Me enim de die in diem querunt, & scire uis moti uolunt, quasi gens, qua fuerit iustitiam, & mandata Dei sui non dereliquerit. q. d. In mei nominis dedecus horrenda committunt peccata, mille me afficiunt calumniis, nihilominus quotidie domum meam ingrediantur, mihi proponunt, ut faciam eorum beneplacita, me illis communicem, meaque dona dispersiam, quasi mihi in omnibus fuerint obsecrati, & summo pete deinceps, ut eorum festinus accentram desideris. Hæc est, inquit, Domine, iniquitas maxima huius populi nullatenus toleranda. Hæc patres eorum Deum tentabant, & hæc item Scribæ tentant Christum. Ne similes eis efficiamini.

Marc. 3.  
21.

Ita refert Marcus. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: quoniam in furorem uersus est. Aliquando cernimus Dei serues ita commotos, ob hominum scelera, & Deo irrogatas iniurias, ut eos quasi mentis impates iudicares: talis erat Hieremias, dum ait: Factus sum quasi uir ebrius, & quasi homo madidus à uino. Considera quam rædierit Christum hoc audire, quam se grauius offenderit ostenderit. Hinc cepit dicere, quod Deus tantum scelus esset uirtutis, tantam eis non ignosceret calumniam nec in hoc sæculo, nec in futuro. Non remittetur eis, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Christo agitur adeo sensibilibiter alterato, ac eis infesto, determinarunt se illi præsentare, nulla præuia satisfactione, & quasi meritis turgidi, quibus nihil posset Christus denegare, ac omnia concedere cogere: aiunt. Magister, uolumus à te signum uideri. O gemina viperarum, quam mententis acriter, & mouctis, ut uos dispergam, procul hinc, procul este prophani, generatio mala. Conuenienter eos uocat: generatio mala, soboles diabolica: demonstrans, hoc eis à patribus suis innatum, tam cum Deo agere impudenter, eoque eum modo tentare, ac si quem cum indignis lacellissent opprobriis, quibus iustam sibi prouocassent uisionem, confessim temerarii per eius ingrediantur portas, petentes ea, quæ sibi libuissent, nulla facta satisfactione, quæ tanto par secleri responderet.

Isa. 58. 1.

Ad se citat Deus. Isaiam, cui præcipit. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domini Jacob peccata cornu. Multos uideo, grauissimis Deum offendentes criminibus, qui tamen caritate non ponderant: Talis est populus meus,

Expendit Sacrae Theologiae Sol Diuus Thomas uerba Spiritus sancti. Aue orationem prepara animam tuam, & nolui esse, sicut homo, qui uentus Deum. Quando tibi placuerit, Dei portas pulsare, ut elemosynam postules, compone te, dispone te primitus. Ut Regina Esther Regis Assueri conspectum sese offerret, muliebri prius se mundo adornauit pulcherrimam, & induens se regalibus uelamentis, & circumdans se gloria sua Pulcherrima regina, est oratio, quæ in conspectum Dei est proditura. Intus in conspectu tuo oratio mea. Ps. 71. Compose te primum, ut ipsa adornata prodeat, illo uellit, & gloria, qua par est. Quando cytharam pulsas inquit Origines ante omnia componis instrumentum, eius choro dulcis, in fidesque omnes contorques, ut una alteri consonet, nec ulla dissonantia audiatur. In oratione melodia Deo decantatur gratissima, ut eras dicemus. Prius neruos attempera anime tuæ, id est sensus tuos, ac potentias: uisum contrahe quaquauersum dispersum: aures occlude, intellectum excita, cor tuum examina, attende quale sit, quàm dispositum. Caue (ait) ne sis, sicut homo qui tentat Deum. Quis est iste? Ille, qui eo instanti quo iam desit offendere Dei ira estatem, domum eius audax ingreditur, liberrimè eius requirit tentare beneficia: Voluntaria oris mei beneplacita fac Deum. Domine. Si qui glandem in te exploret, sed post ferreus: Si post emisam glandem immediate, oculis tuis se silister inuerecundos, postulant, ut tibi placeret hoc, vel illud in eius gratiam.

D.Thom.  
2. 2. q. 97.  
ar. 2. ad 2.  
Ecl. 18.  
23.  
Eph. 5. 1.  
1. Cor. 12. 4.  
He. 3. 6.  
1. Cor. 13. 1.  
11.  
Quis di.  
caur in  
oratione  
post  
non  
lati  
ueo  
non  
in.  
Ecc.



lib. 1. cap. 2.  
D. Aug. le reuicite, vt effluentem, vt impudentem. Qui lib. Medit sic accedit (asserit D. Augustin.) magis contra se Dei bilem exulerat, vt eum pro demeritis plebat, quam eius alliciat misericordiam, qua eius benignus miseretur. Cum quis odio dignus sit (ait D. Augustin.) qua fronte gratiam requirit? Cui parca debetur qua temeritate gratiam deposcit: lacessit iudicem, qui postposita satisfactione delicti, querit precibus honorari. Regi insultat, qui obnoxius supplicio, donari flagrat indubito brans: Et dulcem affectum patris filius exacerbat filius, qui post illas conuulsiu, ante penitentiam, horriditatis usurpat colitudinem. Quid tibi perluades, nihil esse aliud agendum, quam tota vita tua sceleribus immergi, Dei precepta estroper transgredi, eius Sanctum nomen opprobriis lacessere, eius continere bonitatem, irridere iustitiam, tuis inherere stultitiis, viduas inhonorare, soli citate maritam, pellicere virgines, dep. adari pauperum bona, diaboli focis scederari, & his non obstantibus, a Deo requirere, tibi succurrat placidus, in tribulationibus fauet benignus: nec cessatius oppressum subleuet misericors, infirmantem curet medicus? Noli esse, sicut homo qui tenet Deum. Quæ similis insania, eum a Regge dignitates expostulare, qui postposita satisfactione refractarius ac periturus in ipsum acrima mouisset, & fouisset seditiones.

II. Notanda venit consideratio Dni Ambrosii de Dno Petro Apostolo, quando tertium Christum eiuauit: Dominus autem misericors, pietatis suæ in eum conuertit, fixitque oculos, qui vt duo cælestes soles, eum ad peccati sui cognitionem illuminarunt, vt triplicis negationis delicti, contra Deum, penitentiam agnosceret, quid porro Petrus? referunt pari consensu Evangelistæ: Egressus foras Petrus, sicut amare. Querit Sanctus Doctor: cur exemplo non recurrent ad Christum veniam delicti rogaturus, sciebat etenim eum esse misericordiae fontem peccatorum, & secure sibi per hoc peccati veniam poterat polliceri; accedebat eius preceptum: Si peccauerit in te frater tuus, increpa il-

gratiam facere, quid diceret? Hinc abito dæmon, ne me tentaueris impudens. Ecce illos, quos similiter accedentes proponit Evangelista; Tentantes: qui post emissas in Christum glandes blasphemiarum, immediate tentantes accedunt, & signa peccant. Qui eo modo accedit (inquit D. Basilus) adit, vt aliquid a Deo impetret desideratum, quin potius eum Deus a D. Aug. le reuicite, vt effluentem, vt impudentem. Qui lib. Medit sic accedit (asserit D. Augustin.) magis contra se Dei bilem exulerat, vt eum pro demeritis plebat, quam eius alliciat misericordiam, qua eius benignus miseretur. Cum quis odio dignus sit (ait D. Augustin.) qua fronte gratiam requirit? Cui parca debetur qua temeritate gratiam deposcit: lacessit iudicem, qui postposita satisfactione delicti, querit precibus honorari. Regi insultat, qui obnoxius supplicio, donari flagrat indubito brans: Et dulcem affectum patris filius exacerbat filius, qui post illas conuulsiu, ante penitentiam, horriditatis usurpat colitudinem. Quid tibi perluades, nihil esse aliud agendum, quam tota vita tua sceleribus immergi, Dei precepta estroper transgredi, eius Sanctum nomen opprobriis lacessere, eius continere bonitatem, irridere iustitiam, tuis inherere stultitiis, viduas inhonorare, soli citate maritam, pellicere virgines, dep. adari pauperum bona, diaboli focis scederari, & his non obstantibus, a Deo requirere, tibi succurrat placidus, in tribulationibus fauet benignus: nec cessatius oppressum subleuet misericors, infirmantem curet medicus? Noli esse, sicut homo qui tenet Deum. Quæ similis insania, eum a Regge dignitates expostulare, qui postposita satisfactione refractarius ac periturus in ipsum acrima mouisset, & fouisset seditiones.

III. Notanda venit consideratio Dni Ambrosii de Dno Petro Apostolo, quando tertium Christum eiuauit: Dominus autem misericors, pietatis suæ in eum conuertit, fixitque oculos, qui vt duo cælestes soles, eum ad peccati sui cognitionem illuminarunt, vt triplicis negationis delicti, contra Deum, penitentiam agnosceret, quid porro Petrus? referunt pari consensu Evangelistæ: Egressus foras Petrus, sicut amare. Querit Sanctus Doctor: cur exemplo non recurrent ad Christum veniam delicti rogaturus, sciebat etenim eum esse misericordiae fontem peccatorum, & secure sibi per hoc peccati veniam poterat polliceri; accedebat eius preceptum: Si peccauerit in te frater tuus, increpa il-

lum, & si penitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens: pariter me, dimitte illi. Cur ad minus veniam signis externis non poposcit, Christum intuens, oculis suis allequens, sicut ipse Christus eum oculis suis ante fuerat allocutus? Inueni rationem (ait D. Augustin.) & hæc est? cognouerat enim, non ferendam esse impudentiam vix patratato tanto scelere, quasi nullius conscientiam nulla data satisfactione misericordiam, & beneficium gratiæ postulare, tendendas esse prius amarissimas lacrimas, testes irrefragabiles cognitionis sui delicti, quibus & satisfacere satageret. Inueni cur tacuit Petrus. Ne tam cito venis petrus plus offenderet. Ante standum est, quam petendum. Si hoc audacia, ac temeritate deputaretur Dno Petro, & ad veniam propterea se prius copiosis disposuit lacrimis, vt postmodum delicti conquiretur indulgentiam: Considera quid tibi sit agendum, qui nec sis D. Augustin. sed ei tam dissimilis, ac tu ipse noli verius.

Mirandum quod accidisse narrat Spiritus Sanctus filiis Israel versus terram promissionis proficiscentibus, & iam illi approximantibus: licet enim propriis oculis millena Dei spectarent miracula, quibus reddebantur certiores, se a Deo dirigi, quod eos ipse in brachio excelsio eduxisset de Agypto, quod illis tacentibus inimicos eorum inanis profundo cunctos ad vnum vsque demersisset, panem de caelo, aquam de petra dedisset ipse mirabilium operator; quibus omnibus, de Dei potentissimo brachio illis iam constabat manifeste: nihilominus post finem dierum peregrinationis, diris Deum impertant blasphemis, calumniatur. Dicentes: quod licet operatus sit mirabilia præcedentia, ad subsequenta tamen perficienda, & quod superest magis principale futurum infirmum, vt eos videlicet introducat in terram illam, ad quam eos deducebat, & ultra nihil posset, quam eduxisset eos de Agypto, vt in desertis illis moterentur miserissimi, ad hoc quoque eos tanto tempore per has inuias solitudines circumduceret vagabundos: eo quod illi robur deficeret, viresque defessent, quibus eos ad vltimam metam deduceret incolumes, & terræ promissæ firmare possessores. Blasphemias has voces adeo grauitas accepit Deus, vt Moysen ad se vocauerit, cui Deus: Quo vsque ascendet



condet huius populi reiterata toties malitia: quo usque meam tentabunt & potentiam & patientiam? Modo ulterius ferenda non sunt tales impudentia in mei honoris infamiam, quo circa consumam iam toties murmurantes. *Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quo usque non credent mihi in omnibus signis, quae feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam. Et fortior rem, quam hac est.* Abiecit se Moyses ad pedes Domini, ieiunium celebrat quadraginta dierum ac noctium, continuis inflat orationibus, & vrger rationibus, quibus hoc effecit, vt Dei placarit iram, ne eos, ut minatus fuerat, seuerius castigaret. Descendit Moyses ad populum, & ecce inter se consilium ineunt subito strata-gemate hostes Amalecitas & Chananeos adoriendi; se mutuo cohortantur: Eia agite, procedamus tantummodo Dei postulantes adiutorium, illud enim nobis non denegabit; quo muniti, stat a parte nostra, certa & gloriosa de hoste victoria.

12

Quibus Moyses, quid agitis male suadi: Attendite, quod iam modo Deum grauissime commouistis, eius iram irritastis, nec ita ad oris vestri beneplacitum stabit, vos, vt praesumitis, auditurus. *Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum.* Paruipendunt Moysen; tantummodo dicentes, Deus clemens est, misericors est, vobis auxiliabitur, in hostes armati procedunt; At vix ad primam armorum ventilationem accesserant cum eos inimici, velut muscas confodiunt inermes, vt, quibus illis resisterent, vires nullas habent. Reuertuntur conficti, & vitae superstities laceri, vulnerati, confusi, & insausto successu stupescit. Quid admiramini stupida cerebra (ait Moyses) quod Deus ita vos defecerit, manumque vobis subtraxerit adiutricem? quid vobis persuadebatis: quod quem paulo ante tam ignominiose irritastis, ita illum vt volebatis, haberetis ad oris vestri beneplacitum? *Nec miranda indignatio, locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis &c.* Paginus noster legit; *Irritasti os Domini.*

Deu. 1. 37

Defumpta est metaphora, ab eo qui bile exardescit acriori, vt ei lingua amarefcit instar capris: hoc est. Prouocastis, & accendistis Diuinae maiestatis iram, grauiter eum offendistis, & nulla praevia poenitentia vestrorum scelerum, nulla cum illo compositione, nullo nouo foedere nulla petita vena, statim credidistis, quod illum talem inueniretis, qualem optaretis, vobis per-

V. Similitudo.

suastis, quod liceret vobis domum eius ingredi, vt domum vestram, tanta mentis libertate? Vnde vos miramini, quod Deus vobis optatum ac petum denegarit auxilium, nec vobis adfuerit in tribulationibus opportunus, si actualiter tunc temporis illum offenderatis, quando eum inuocatur. & gratiam accessistis petiuri: Hae ita haec istorum Scribarum Pharisaorumque impudentia (teste D. Chrysof.) qui cum Christum amarulenta verborum acritate vellicassent hoc sibi arrogarunt, vt vnica voce adulatoria, qua eum vocant *Magister. Ad vnam voculam* (ait Diuus Chrysofostomus) iam possent quantalibet ab eo flagiare nullam repulsam formidantes. Hac quoque tua est o Christiane, stultitia, quidimo impudentia, quod credas, te nihil aliud cogitantem, aliud intendentem nihil, quam Dei contemptum; Dei praecceptorum praeruaricationem; ob vnam effusam lacrimulam, ad vnicam genuflexionem, ad vnum, Domine, iam pedes eius stringere, & securum posse tanta, quanta mens optat postulare.

Manifeste hoc ipse Deus populo suo inobediendi declarat ex ore Vatis Hieremias, Propheeta, vade, *Sta in porta domus Domini, & praedica tibi verbum istud & dic.* O vos omnes, qui templum Domini acceditis beneficia rogaturi, *Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingressi eritis per portam hanc. Quid est hoc, quod vult Dominus, a uiamus. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini.* Anne hoc mendacium est, Domine semper in ore versari Templum Domini. An non tu ipse Domine iussisti nomini tuo adificari domum permagnificam, in uera maiestatis habitaculum, in hoc mundo? An hic locus non est honori tuo consecratus, ad quem omnes accurrant oraturi, necessaria precaturi, te adoraturi, & sacrificia animalium oblaturi? Si hoc vestrum non sit templum, cuius est? Explicite, o Propheta, ait Deus, & dicite illis, qualiter templo meo in suum damnum & mei iniuriam abutantur. Vnusquisque vestrum cordis sui sequitur desideria, luxurias, vanitates, sacrilegia, furta, periuria dissolutus. Hic pauperum exsugit sanguinem & occidit auri cupidissimus ille miser viduae depradatur peculium, & affligit desolatam; alius suo concubinato uoluitur vile prostibulum; alius sanctissimum Dei nomen blasphemis inhonorat: Ille libertimus & puella, & coniugatae honori detrahit. Quod si ab his qua fieris, qua fronte tot contra Deum scelera committant; respondent duplicando,

D. Chri. Hom. 1. in Imperf. Tom. 2.

Hier. c. 72.

VI. Verba menda ciquoz sint.

Ma. 1. 2.

triplicando. *Templum Domini. Templum Domini.*  
*mi, Templum Domini, hoc est; tres eiusdem*  
*partes designantes. Accedam aut, vnusquis-*  
*que ad templi primam partem: atrium scilicet*  
*exterius, locum omnibus communem oratio-*  
*nibus, Dei vultui me sistam: benignus enim*  
*est. Ilico mihi ignoscat misericors; quod si ne-*  
*cesse fuerit accedam ad secundum, atrium in-*  
*terius, vbi Altaria sunt sacrificiorum, & ho-*  
*locantiorum: offeram ex iis vnum Domino,*  
*quo illi plenarie satisfaciam; quod si vero ma-*  
*ior virgeat necessitas, est & tertia pars, *Sancta**  
*Sanctorum, quo Sacerdotes intrant semel per*  
*annum, pro me & omni populo rogaturi: sic*  
*mihi omnia remittentur. His tibi gratulatis*  
*& Templum Domini accedis: vnus alienorum*  
*bonorum possessor iniustus: alter inhonestæ*  
*amicitiæ intricatus: ille oisio immortalis contra*  
*proximum flagrans, & ille periuus, alius vici-*  
*nae muliens fama detractor; Et dum quisque*  
*suis fraena laxat cupiditatibus, me grauissimis*  
*afflicti inuisis, præsumit omni postposita sa-*  
*tisfactione, me in templo conuicere, & vix vi-*  
*lius substantiæ voci verbulo quod mihi fug-*  
*gerit, vel sacrificio, debitis nudo conditioni-*  
*bus, mihi delato, omnia sibi salua, omnia pla-*  
*na, me sibi proprium, me pedibus confutidum*  
*mihi autiquam posse denegare. *Hæc tua est con-**  
*suetudo, tua est impudentia. Ecce vos confutis*  
*in sermone las mendaces &c. furari, occidere, adul-*  
*terari, inuare mendaciter &c. Et venistis & steti-*  
*stis coram me in domo hac, in qua inuocatum est*  
*nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eo quod*  
*fecerimus omnes abominaciones istas. Post hoc*  
*patrata scelera quibus me prouocastis, arbitra-*  
*ritio, quod ad templum veniendo, coram me*  
*procurando, iam sicut vobis omnia condona-*  
*ta, & ego deunctus sim cunctis vestris anuere*  
*postulatis, vt uos sine villo mali periculo securi*  
*ambuletis, dicentes: Liberati sumus, ab omni-*  
*bus, quæ deliquimus iniquitatibus; hoc etenim*  
*est: Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abo-*  
*minaciones istas. Vel nominant, abominatio-*  
*nes, sacrificia, quæ tales offerbant: eo quod*  
*habentes corda nequitas sordidissima nec requi-*  
*sitis ornata conditionibus ea Deo offerrent, quæ*  
*vocat abominaciones ex ore vatis Isaiæ. Ne offe-*  
*rais ultra sacrificium frustra; Inconsuem, abomina-*  
*to est mihi: Quod igitur, an ad hoc templum*  
*illud exstructum, vt ei confidentes, & me il-*  
*lic commemorante, scelera committeretis frano-*  
*laxiori liberiores? Numquid ergo spelunca latro,*  
*num facta est domus ista? spelunca quæ rapinas,*

quæ contegat sceleratissimos latrones? Fallimi-  
 ni, si existimetis mihi cultu quodam exteriori  
 satisfactum, qui vestras viderim enormis ne-  
 quitias, quas contra me commisitistis, quas qui-  
 dem, adhuc cordibus vestris retinetis volunta-  
 rias, vt meis oculis intuerer. Ego sum, ego vultu  
 alicui Dominus. Si ad me accedens, me velis  
 tibi placabilem, te mea admittat gratia, & pe-  
 nita largiatur, prius attende, quale sit cor tuum  
 Attende num ab impuro recesserit amore, num  
 aliena restitueris, quæ minus iustus obtinueras  
 contractibus, num honoris nocumentum, quod  
 maledica tua attulit lingua, repararis. Si be-  
 ne direxeritis vias vestras & studia vestra, &c.  
 habetis vobis sum, &c. Prepara animam tuam  
 ad orationem, & noli esse sicut homo qui tentat  
 Deum.  
 Quotiescumque premetis angustia, & ad  
 Deum pro remedio recurrere festinas. in quo  
 solo verum & vnicum est remedium. prius  
 animam tuam ingredi, reuolue & inuictiga  
 conscientiam tuam, quæ sint opera tua, quomo-  
 do cum Deo ambulasti. Si malo tuo eum irri-  
 tasti: habeto pacem cum illo, dissolue peccati  
 vincula, scelera deterge, illata damna restituere  
 abjactum honorem restaura, futo depopulata  
 compensa, veneream discinde amicitiam: verbe-  
 ribus te castiga, carnem inedia macera, quæ  
 te ad Deum compulit offensam. in te tuos viscere  
 appetitus inordinatos aspersione penitentia, pec-  
 cata confitere, turpissimas, criminum absterge  
 maculas lacrimis copiosis. Iam pridem di-  
 xit D. Ioannes Filiole, si cor nostrum non repre-  
 han derit nos, fiduciam habemus ad Deum, quia  
 quidquid petierimus, accipiemus ab eo. Mystero  
 non vacat illa, quam narrat Spiritus S. circum-  
 stantia in historia Ioseph: vincus, catenisque fer-  
 reis strictus in carcere concludebatur, quando  
 Pincerna regius retulit Pharaoni, ergastulo  
 iuuenem Hebræum detineri, qui legitimam reg-  
 is somnio calletet dare interpretationem. Quo  
 audito, Rex confestim educi iubet ac solui de  
 carcere Ioseph, suoque conspectui præsentari;  
 Proinus ad Regis imperium eductum de carcere  
 Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerunt  
 ei. Cauebant hi Reges (inquit Lipoman.) ne  
 quis hominum lacer & vestibus sordidis incom-  
 positus eorum conspectibus se offerret. Patet  
 in Assuero, qui vult coram se adducatur Esther,  
 sed composita, sed ornata, sed pulcherrima. Nec  
 hoc solum præcipit, vt ita sit: insuper non per-  
 mittit, quemquam Regis adire præsentiam, ad  
 hanc non inuitatum. Domine, Regis hoc petit  
 pte.

Hier. 7  
 11.  
 Hier. 7  
 5.  
 Ecc. 18  
 23.  
 VII.  
 Ante  
 oratio  
 nem  
 con-  
 scien-  
 tia  
 munda  
 cili.  
 1. Ioan  
 3. 24.  
 Ge. 41  
 14

præsentia, vt te primum componas, exornes, detondeas capillos, sordida vestis exuatur. Non enim Regiæ Maestati conuenit, tali minor ornatus, compositio, ac totius corporis munditia; Hoc quippe solum regis complacet oculis; Quid igitur erit in Dei præsentia? quæ mundities qualis ornatus, compositio quanta, vt cotam illa p. odecamus, requiretur?

Jacob Patriarcha, vt cum Ioseph reciperet benignior, præmisit Iudam; existimat enim illo præmissio filii sui Ioseph se gratiam consecuturum, dum eius conspectibus occurreret; nec resolutio corrigenda; Iudas quippe significat: Confessionem erroris: ita D. August. Tollite hostias,

D. Av. In ps. 95. To. 8.

Et introite in acria eius. Quas hostias? Tauros allaturi sumus, hircos vel oneros? quas hostias nobiscum portaturi sumus? Sacrificium Deo spiritus contriuitus, cor contritum & humiliatum. Cor perfecta contritione, culpæ contritum, quas contra Dei legem commisimus, qua peccatorum sordes eluuntur, & conscientia vitis emundatur. Sapienter valde argumentatur Elyphaz Themanites amicus Iob, si talis Iob fuisset, qualem illum ipse iudicabat. Loquitur cum Iob ac si fuisset de numero peccatorum? Tu vero crede, ad te eius dirigi verba, qui peccator es pessimus. Absulisti pignus fratrum tuorum

Iob. 12. 6.

sine causa, & nudos spolasti vestibus &c. Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisisti &c. Et putabas te tenebras non visurum &c. Ac quiete ei, & habeto pacem &c. Tunc cleuabis ad Deum faciem tuam, rogabis eum, & exauilet te, &c. Ad nihil aliud intensus nisi ad rapinas pauperum, proximi iniurias, Dei offensas? manus non extendisti, nisi vt viduam opprimeres, & affligeres pupillum: pedes non mouisti, nisi vt ea perageres, quæ legi Dei contraibant, & credebas quod ad domum eius accedens, in ea quæ optates, esses inuenturus? Ac quiete illi, obedi Deo; peccatis abtine, scelèrum tuorum age penitentiam, & tunc domum eius intra rogaturus, ne ciffidas, eius tibi tunc manet subsidium securissimum, adert tibi adiutor in tribulationibus? His non dissonat, quod ipse Dens, per Regem prophetam docuit, quid tibi sit prius agendum, quando aliquid accedis penitus. Immola Deo sacrificium laudu, & redde Altissimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis, ornauit te. Aliquid postulas a Deo? offer primum te ipsum illi in acceptabile sacrificium, tale quale requirit Dnus Paulus: Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, san-

Pf. 49. 14.

Rom. 12. 1

ctam, Deo placentem &c. Demum pete; Et inuoca me in die tribulationis. Perpende coniunctionem (Et) nimirum, quod ipsa inuocatio, petitio, supplicatio, conuerti debeat, gratis Deo sacrificiis. Ex eodem principio argumentatur Dnus Chrysol. ad illa verba Dni Pauli; Voluntarie peccatis nobis. Et nostram conuincit impudentiam qui vix a peccato pedem vel manus retrahimus, & tantum ad Christum accedimus familiaritate, vt cum recipere præsumamus, & corpora corpori eius coniungere in venerabili Sacramento. An ergo nihil superest amplius agendum? Domine, iam peccata mea conf. illis lum. O vir frontis inuerecundæ. An non percipisti, id quod magna tibi voce prædicauit Sacerdos. Sanctus Sanctus Sacerdos stans in excelso loco, magna voce & tremoris plena, quasi præco aliquis manus sublata in caelum edebat cernitur &c. clamat sancta Sancta, cum ait Sancta Sancta: hæc aut. Si quis sanctus non est, nec hoc accedat. Non enim omnino ait: Liber à peccatis & expiatus, sed sanctus: sanctum enim non peccatorum modo liberatio facit, sed spiritus etiam præsentia, bonorumque operum abundantia. Vide ne Deum tentaueris, properans ad eum accedere. Probet autem seipsum homo. Satis hoc congruum videtur ei, quod Deus per Moysen inlucuerat, quando tra. To tabernaculi exemplari, partium eius, & eorum quæ in qualibet parte statuenda essent, nominatim autem altarium, in quibus Deo litæ nuntiauerat, holiæ pacificæ, ad recipienda a Deo beneficia, præcepit, vt ad hæc consecrarentur Sacerdotes, & sint eorum primi Aaron ac filii eius. Illi sunt, quibus incumbit accedere ad Deum, gratias caelestes; & mulerico dias populo precaturi: Vt vero hoc digoe faciant, & congrue disponantur, eis præcepit, vt sumant vitulum de a mento, cui primum corum extrahent sanguinem, demum certas p. ragan. ceremonias, quas inferius exponemus, & idem faciant de arietè. Domine, quid opus est ad consecrandos, & præparandos Sacerdotes, vt intendant in conspectu tuo, & tua depolant beneficia, prius extrahere omnem sanguinem animalis immolandi? Sanguis peccatorum denotat, quod animam inficit, non minus, quam sanguis vestimentum, ita enim loquitur. Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem & cibus ignis. Cunctis etiam liquet. Dau dis oratio. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus solute mea. Patiet & illud Of. d. d. cum, Sanguis sanguinem tetigit. Significans populi inuolantiam.

In hoc  
milia  
qua ha  
betur  
post et  
positio  
nem  
Eph.  
ad Heb  
in fine  
Tom. 4  
Heb. 10  
246  
I. Cor.  
11. 21.  
VIII.  
Allego  
11.  
Iac. 1  
I. Cor.  
11. 21.  
VIII.  
Allego  
11.  
Iac. 1

tiam peccatorum. Hæc igitur Dei voluntas est, ut qui ad eum vult accedere, beneficia petiturus, indispositus non accedat, se prius debite præparet, hoc autem supponat quasi fundamentum, & opus illud sit primicerium, ante omnia totum extrahat sanguinem peccatorum, illa a se quam remotissime depellat, & per penitentiam peccatis emundet, tum demum securus accedat &c.

§. 5. Volumus signum Christi miracula vilipendant, & ut homines derelictos, eos Oseas deserit, igni referuantur, ut leprosi vestimentum.

14 **D**atus Hieronim. quem sequitur Beda, & confirmat D. Chryostom. aliam assignant rationem indignationis, Christi contra Phariseos, eorumque petitionem; fuerunt enim in summo gradu impudentes, & omnium audacissimi; in ea quippe sua petitione clarissime, & sine ulla larua, declarant vilissimum & abiectionissimum quendam respectum omnium miraculorum; quæ Christus hæcenus perpetraverat, & quasi dicerent aspernabundi; *Magister*, quæ hæcenus egisti opera admiranda, satisfaciunt illi popello, qui vtique, vt homines rudiores, stupidiores, & nullius ingenii, qui duobus vix digitis sursum a terra eriguntur, quolibet miraculo seu re admiranda, percellunt: sicut factam vidimus, in iis, quæ hæcenus egisti, de quibus sine ratione, admirati sunt; omnia enim sunt ordinaria patrum miracula, & opera in diminutio nullius momenti, curare infirmum, eicere dæmonem, cæcum illuminare, claudos rectificare. Hæc nostris oculis non satisfaciunt. Quia nobis sunt perspicaces, assueti rebus magnis in sacra Scriptura perspicendis, quales veneramus gloriola illa Moysi miracula, aerem tenebris involuere, aquas turbare, panem de caelo educere, illa nempe Samuelem, eicere tonitrua, fulgura, tempore aridissimo; illa quoque Eliaz, caelo ignes detrahere, qui, quos velit, in cineres reserat combustos. Ita hæc miracula erant, pleno ore miracula. Hæc a te quaerimus: ea enim quæ hæcenus patrata sunt, talia sunt quæ nec duobus digitis de terra sursum eleuantur. Miracula petunt, quasi quæ antea fecisset, miracula non fuissent Aium Sancti Patres. Quanta foret eius impudentia, qui a Principe ad prandium inuitatus, propositis illi seculis omnigenis, ac cu-

pedis, pannonibus Indicis, sicculis, perdicibus, vaccis trimis, apris, carne ferina, facimibus, ostium medullis, placentis, libis, continentis, aliisque delicis, Principi diceret: porrige mihi cibos ad edendum, delicatos, nutritiuos, illi enim quos hæcenus ministrasti; non mihi sed pauperi satisfaciunt distalceaco.

Quæ non foret vilipensio Salomoni, si postquam fustissime disserisset coram Regina Saba de profundissimis philosophiæ questionibus, de natura elementorum, animalium proprietatibus, plantarum qualitatibus, cursu stellarum, Solis virtute, Lunæ influentiis, illa replicaret. Aucto intelligere te disputantem de rebus subtilioribus, quidquid enim hæcenus protulisti, vile est, indoctum, & minus excellens. Hocidem (teste D. Chryost.) illi Christo dicere voluerunt; Proposuerat enim illi mensam illam splendidam, miraculorum, quibus vitum cæcis, claudis gressum, mundiciam leprosis, manus ac pedes mutilis, leuitatem paralyticis, vitam defunctis fuerat largitus, deinde & quoddam sarcimen, cui quilibet incoherat dapes, quod quidem hominem a dæmone possessum, surdum, mutum, cæcum integre curasset: quo viso miraculo: *Tunc accesserunt* ait Evangelista dicentes *Magister*: quidquid hæcenus peractum est, nobis non sufficit, sufficiat autem tui, ignorantibus plebeculæ, nobis vero, qui operum nouimus librare qualitatem, & iusto pondere appendere, quantum eorum quodlibet mercator, quidquid hæcenus miri egisti, nihil est, actus est eluiciei culinariæ, res trivolis. (a) Et volumus opera maioris & excellentioris qualitatis, quibus nobis plenissime, & per omnia satisfiat.

Hæc eorum diabolica peruersitas, *Temptantes*, illis a parentibus innata, & hereditaria successio: ob quam eos Christus insinulat: *Generatio praua*, q. d. fradifragi, hanc a parentibus suis iniquitatem, & ex paterno stemmate vobis est hæc temeraria impudentia naturalis. Tangit, vt sentio, illud Davidicum quo nos, ne illis similes efficiamur serio monet, *Hodie si vos in eum audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exæcubatione, secundum diem temptationis in deserto, ubi temptauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proxima sui generationi huius, & dixi: semper hi errant corde &c. Si inuiderint in requiem meam. Memotiam celebrat, propheta rex dei illius, quo patres eorum in deserto Deum temptauerunt, & eo modo exacer-*

Similitudo.

(a) Et volumus opera maioris & excellentioris qualitatis, quibus nobis plenissime, & per omnia satisfiat.

Psal. 64.



bauerunt, vt dies ille: *Dies tentationis* vocatur. Ex *Egyptiaca* seruitute in libertatem aſſerti, proficilentes in terram promiſſionis, murmurarunt: *Potent aquam* idque tanta molleſſia, vt Moyses ad Deum conſugerit: *Domine miſere*, Ecce do manus populi nutus contumis iurgis obrutus, ſufficit mihi; Audent, aquam petere, nec ſuperest illis aliud remedium, niſi eis aquas conſeſſeris. Placet mihi, reſponder Dominus, aſcende petram, illam virgata perenne, & erumpent aqua largiſſime. Mandatum Dei Moyses exequitur, & illa dedit aquas abundanter. An modo vobis ſatiſfactum o Iſrahelita? Nullatenus. Sic mihi faueat Deus, perpendite, quid nobis dederit, aquam, & quid magis quam aquam? videre, quaſo, quae reſtan & ſubſtantia; praecleariora quaerimus, eminentiora poſtulamus, nec vnquam nobis perſuadebimus ſatiſfactum, niſi coram oculis noſtris inſtruat ſplendidiffimam menſam, & dapibus nutritiuis in hoc deſerto opiparam. Et malo locuti ſunt de Deo, dixerunt; Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quoniam percuffit petram, & fluxerunt aqua, & torrentes inundauerunt, numquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Quo inſtanti videbitur hoc aquae prodigium, cuius beneficio, & refrigeratione recreati ſunt, ecce contra Deum iſtaſcenda eorum blaſphemiz: *Malo locuti ſunt de Deo*: Deum obreſtor expendite quid nobis magis dederit, quod minus adeo praecclarum aqua; bobus potandis conuenit. Appendit in latera D. Baſil. malicioſam eorum blaſphemiam qua Dei operibus detrabere nitentur mentientes, aequam ante petra coneluſam, quae imperu quoddam facto proſtrite conabatur, & exitum quaerebat, nihilque aliud requirebatur, quam facere aperturam: idque tantummodo Deus feciſſet, quod vtique quilibet poſſet facere. Qui petram petenteret. *Percuſſit petram & fluxerunt aqua*. Non eduxit ille de petra aquas, naturali enim inſpectu deſluxerunt. *Fluxerunt aqua*: Hoc ſolum ex parte ſua egit, petram perforauit, vt aquae dimanarent. *Percuſſit petram*, & hoc iclu virgae perfecit, qua petram percuffit. *Percuſſit petram*. Aliud quid hoc eminentius a Deo praetendimus; Et quod illud? vt nobis det panem & praeparet menſas ferulis inſtructiſſimas, ſi velit ſua nos potentia habere conſeſſores. Tam inuerecunda petitione Dominus excaudit, quod videlicet in faciem eius mirabilia tanta aſpernarentur, & alia poſtularent ſibi ademonſtrari quae eſſent mirabilia, quaſi priora, nulla

Exo. 17.  
II.  
Iudaei Dei  
miracula  
vilipen-  
dunt;

Psal. 77.  
22.

Psalm. 77

fuiffent reputanda. Hoc eſt: *In exacerbatione*. Hic modus procedendi, & cum Deo agendi in illis peſſeueravit quadraginta annis quibus per deſerta gradiebantur. *Quadrageſima annis* proximus ſus generationi huic. In Hebraeo & Graeco textu legimus; *Offenſus fui*. D. Hieronymus *Diſplacuit mihi generatio illa*: Felix, *Excaudit me generatioſis huic*, ſaſtidium perſeſſus ſum de generatione hac: quia dum eis ſignum quoddam darem, ilico mihi exprobrabant; res floccae eſt, faciat nobis multo maiora. Hoc egit, verum eſt, ſed aliud facere non poterit. Eduxit nos de *Egypto*, verumtamen inducit nos in terram promiſſionis non valebit. Aquam dedit, at panem dare poſſe, negamus; panem dedit, numquid & carnes? minime. Vix vnquam viderant miraculum, quin illud ſtatim extenuarent, deſpicerent, & aliud flagarent. Generatio praua, eſt, eos crede vt derelictos. Per meipſum iurauit, dicit Dominus, in requiem meam non introibunt, id ſignificat: *Si introibunt in requiem meam*: vulgari S. Scripturae phraſi; ita apud Iſaiam: *Si introibunt in requiem meam* haec vobis. Optime vocat peccatores generationem malam, perueſam ſobolem, indicans quod huiusmodi nullum ſuperſit remedium, & quod iam ſint tenendi, quati calce exuleſt populus, cui nocet, id quod prodeſſe debuerat, & remedium ac medicina in uenient illis conuertitur. Ex eo genere hominum de quibus amicus Iob Sophae Naamathites; *Panus eius in uero* illius uerit ut in ſel. *aspicium intrinſecus*.  
Mala ſunt omnes inſirmiores, nihilominus dicimus aliquos inſirmos eſſe bonae naturae ſeu qualitatis alios autem male. Illum vero dicimus bonae naturae, qui talem eam habet, vt licet inſirmetur grauius, admittit tamen remedium, quo priſtinas recuperat vires, ſicut cum febris qua quis laborat, vena apertione deſerueſcit: vel ſi eius dolor tormens lenitur. Alios vero dicimus perueſae complexionis, quando ea adeo eſt corrupta, & humores commoti, corpus *κακώμορον* vt nedum illis proſunt praſcriptiones medicae, ſed lethalius nocent & ipſam malum adeo radicatum vt cordialia conuertat in venenum, & remedia in nocumentum. His cum tales ſint quae ſpes valetudinis: Ita ſunt aliqui peccatores bonae qualitatis, alii vero perueſae generationis. Peccatores video, quicquid locum medicinae, remedia recipiunt, iſdem meliorantur, Diuus Petrus, qui vno Chriſti oculorum intuitu a peccato reſurgit. Dauid qui ad vnicam Nathan reprehentionem oculis apertis.

16.  
III.  
Similitudo.

aperit, peccato valedicit, pœniter, vberrimas fundit lacrimas, ad Diuinæ sinum recurrit misericordiæ, ingemiscit, confitetur: *Miserere mei Domine.* Adest Paulus qui ad unicam Domini vocem, silit, se submitit, manifestat vt ovis: exclamat: *Domine quid me vis facere?* Produco Nicodemum, qui visis Christi miraculis, de eo talem edit fidei professionem: *Scimus: quia a Deo venisti Magister.* Porro sunt alii tam præpostere generationis, quibus cor conuersum est in fontem omnis malitiæ, ita vt quæuis remedia illis vertantur in mortiferum venenum, & quanta ea sunt efficaciora; tanto eorum plus crescit infirmitas radicata. Talem vidi Pharaonem, qui is magis obdurabatur, quibus par erat eum emollii, & luce obtenebrabatur meridiana. Huic similis erat Saul, qui unde Deum honorare atque extollere tenebatur, inde eundem aspernabatur. Qualis non Iudas erat, qui ex Christi beneficiis sibi præstitis, vt ipsum Iudæis vendat, aerius commouetur.

Phil. 2.0  
1.  
Act. 9.  
Luc. 6.3  
17  
III.  
Pharisæi  
Christi  
beneficiis  
peiores  
medebantur.

Luc. 2.3  
Rom. 7.  
Osee. 8.  
Luc. 16.  
17.  
Luc. 3.2

illis Deus fuerat largitus, sibi vitulum formauerunt.

Dedit illis arborum fructus & messem facundissimam, & iuxta eorum abundantiam, abundabant quoque eorum scelera & idololatriæ: *Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria: iuxta ubertatem terræ suæ exuberant: simulachra.* Dedit illis, ut per multas extenderentur ciuitates, facti eorum domini, & hinc caperunt augere numerum idolorum secundum numerum ciuitatum. *Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda; & secundum numerum viarum Hie iusalem posuisti aras confisiois, aras adhibendum Baalim.* Dedit illis templa, & altaria, & in eis mille scelera commiserunt. *Aras factæ sunt ei in delictum.* Misit illis prophetas: illos occiderunt. Misit prædicatores, qui illos erudirent: subsannabant eos, *At illi subsannabant nuntios Dei.* Si eorum non annuat petitionibus per omnia se inclinans; dicunt, hoc ideo est, quia non potuit. Si petita concedat; parui pendunt, dicunt, rem esse nullius potentia. Hinc se Deus in S. Scriptura describit, cum talibus, quasi perplexum, suspensum, attonitum: sicut proverbium, Inter arcum & parietem. Ita loquitur Isaias, iuxta Septuaginta, *Agonem præbuisse Domino Deo meo, vt nostro Dan. 13.* loquendi modo possit illud vturpare Sulfanæ: *Angustia mihi sunt vnique.* Sicut Medicus, qui curandum habet infirmum, cuius adeo corrupta sit natura & peruersa complexio, vt videat, quorūque ars medica suggerit salutis remedia, quod omnia ei noceant, hæret in se ipso perplexus, anxius, disputans, quid agam? si remedia non applico, mihi inter manus elabitur: si autem applicauero, nocebit illi, & illis emoritur: quid faciam? Ita se habet Deus, nostro modo, cum talibus; *Angustia sunt mihi vnique.* Talem se exhibebat quondam vati Osee, ut velut anxius & suspensus, more hominum esse videretur. *Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Quid faciam vobiscum?* quo medio vtar: si tibi ea, quæ petis, negauero, conquereris: si concessero, vilipendis: si non edo miracula, meam accusas impotentiam: si autem edidero, rursus ais, vix ea vel tibi valeat.

Osee c. 18  
28  
Hierem. 2.  
28  
Osee c. 8  
11.  
2. Tim. 3.6  
15.

Isai. 7. 13  
Dan. 13.  
11.  
V.  
Similiu.  
do.  
Osee. 6. p.  
Cap. 6.

18

Hinc orta est illa tam inusitata mentis suspensio, qua se premi idem propheta sentiebat. Deum orat pro populo. *Da eis Domine.* Et hæc dicens, obicit quodam mirabili motu, & ait, *Quid Dabis eis; Da eis vbera arenæ;* Exsiccentur eis Domine, vbera tua. Hoc tan-



gere videtur, quod dixerat David: *Restituebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animae meae.* Ad eum gradum ascendit eorum ingratitude, ut ex beneficiis a Deo praestitis, mala seu peccata exegerent. Hoc autem sterilem aridamque reddidit, & meam bonitatem, & voluntatem: his ingratis hominibus exatus, me ingratitude sua sterilem effecerunt: est enim ingratitude, teste Divo Bernardo ventus exurens, qui torrentem efficit Divinae misericordiae. Ad quid ille tibi dabit miracula: si illum tua ingratitude sterilem reddidisti: ne vocem quidem alicuius beneficii guttulam in eo tibi reperies. Quid tibi, quæso, concederet, si ex quanto tibi largitur, venenum paras ingritudinis? Qua ratione dicas Medico, Domine doctor, præscribe aliquid huic infirmo: & cernens omnia saluti eius obesse, repeteres? Porro quid illi applicabis: Nihil illi præscribere, occidit illum, præscribere aliquid, occidit illum: quid illi dabis? Ita quoque propheta. *Domine da illis sed quid dabis eis?* dare illis, nocet: non dare, etiam nocet. *Quid dabis eis?* Ecco tibi peccatores malæ generationis, quibus omnia nocent. Talis & tu quoque soboles perue sa: si tibi Deus opes largiatur, illis uteris, seu abuteris, ut scelerum tuorum instrumento, puellæ coemans honestatem, impudicam sustentans societatem, pauperes vil pendens. Si eas tibi auferat, mille fraudes, dolosque meditaris, qua ratione tibi attrahes, aut furaberis alienum. Si tibi corporis concedat incolumitatem, hac te commoues, ut Dei obliuiscaris, procastines patientiam. Si te lecto infirmum detineat, in summo gradu impatiens, afflictus, inconsolatus. Si te in Republica ad altiores euehar gradus dignitatum, illis euanesceis superbus, & proximum minorem asperraris. Si te non promoueat, inuidia exardescis. *Quid dabis eis?*

O generatio nequam, cui nihil proficit, nec acerba prædicatoris reprehensio, nec malleorum Dei idus ad cor tuum lapsus reperit, nec Quadragesimæ tempus salutis, nec Dominicæ præsentatio luctuosissima Passionis, nec adolescentis vicini tui mors subitanea, ne quidem dicto sen el Iesus, nec quod crimina tuas sentias corporis detrinisse valetudinem. Congruit huic rationi annotatio Dui Cyrilli Alex. circa Dei legem quoad vestes laneas lepra infestas. Quando contigerit, (sic statuit Deus) vestem lepra maculari, lauetur, semel de his aquis diuersis. Si munda fuerit, le-

pra est bonæ naturæ: si vero, post repetitam sæpius in aquis lotionem, pristinam retineat immunditiam, illam ut lepram iudica desperatam, nec ad aliud vestis hæc apta sit, nisi ut igne comburatur. *Debet igne comburi.* Talis es tu, tu ille fordidus, quem quaerit Deus emundare, & in tui laucium quot parat fontes? quot conuersiones? quot inspirationes? quot cordi tuo acerbis. reprehensiones? quot misericordias tibi cælum promittendo? quot timores, inferni tibi poenas comminando? & post hæc qualis tu? Caue, ne æternis tradaris flammis comburendus. *Debet igne comburi.* huic dat manum conceptui Vates Isaias: *Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.* Tales erant patres eorum, tales & ipsi Pharisæi.

§. 6. *Præcurrunt illi malitia diabolum, sicut alij meritis & sanctitate ipsos Angelos.*

**A**liam rationem includit verbum illud, quod D. Lucas addit, designans tempus, quo illi accesserunt, & rationem quare accesserint. Tempus hoc fuit immo eate post patratum illud celeberrimum miraculum, & cessum vero ratio fuit, ut tentarent eum. *Tunc accesserunt tentantes eum.* Quibus nobis eos deseruit, peiores, & impudentioris malitæ præ ipsis demonibus. Accessit diabolus Christum tentaturus, dum eum cernit solitudini immorantem, nulla edentem miracula, ut Deo proprium est, sed icinuantem, sancticum, velut hominem mortalem, infirmum: & venit eius probaturus potestatem: nondum enim eum viderat miracula facientem, qui unico sibi concessio, scilicet conuersione lapidum in panes, vltimus nihil prætenderet, sed sibi crederet satisfactum, se conuictum, cuius ex hoc virtutem agnosceret, eum timeret, honoraret. Illi autem, & visis tot Christi miraculis, eo quoque iam eorum ipsi parato præ carteris omnino singulari, nedum sibi arbitrantur satisfactum, nedum ut Deum volunt cognoscere, quin potius in eo fundant blasphemiam, diabolica maiorem: accusantes eum: *Nec omniens est, diabolo confederatus, a demone possessus, & in iis, quæ facit prodigijs, Opera Satanæ vititur.* Peiores sunt hi ipso ca-

Fundat in hoc doctrinam quandam S. S. Pa-



rum, quam desuper infusa sibi sapientia prosequitur. S. Theologiae Sol lucidissimus D. Thomas, homines quosdam inveniri, qui tantum in omni genere proficiunt nequiarum & in via perditionis adeo progrediuntur, ut in ea, & omni nequitia, ipsos præcurrant demones: sicut è contrario, quosdam vidimus, in omni sanctitate, & iustitia & vitæ puritate proficere, ut ipsos cæli Angelos præcedant sanctiores. *Questionem* proponit D. Ambrosius. Quare in mundi exordio, creato primo homine, de eo non dixerit Spiritus sanctus. *Vidit Deus hominem, quod esset bonus*, sicut de cæteris dixerat. Creavit primo die lucem, & statim addit. *Vidit Deus lucem quod esset bona*. Secundo die fecit firmamentum, & tertio disposuit aquas, præcepit quoque, ut producat terra herbam viuentem, flores pulcherrimos, arbores fructiferas. *Et vidit Deus, quod esset bonum*. Quarto die, creat solem, lunam, & stellas admirabiles, & siderum numerum innumerum in cælo. *Et vidit Deus quod esset bonum*. Quinto die producit omne genus viuentium, implet aquas piscibus, aera volatilibus, terram autem manibus. *Et vidit Deus, quod esset bonum*. Tandem sextum diem faciendo hominem dedicauit, cæteris omnibus perfectiorem, & quasi epitomen, cui omnes includeret perfectiones cæterarum omnium creaturarum, ut omnes in illo haberentur eminentiore gradu, quam in ipsis creaturis, ob quam rationem à Philosophis *microcosmos*, id est, parvus mundus, seu abbreviatus intitulatur, quem D. Ambrosius inscribit *Magnum & admirabile totius creaturæ theatrum*. Creavit illum Deus præ cæteris huius mundi visibilis dotatum prærogatiuis perfectionibus, decens enim ac iustum erat, eas omnes haberet, qui Dominus, rector, & eorum omnium creabatur gubernator. *Faciamus hominem &c. ut præsit*. Inspirauit & animam, quam ex intimis videtur extraxisse suis penetralibus, illa diuina respirazione, quam diuino suo peccatore & ore deprompsit: *Inspirasti in faciem etus spiraculum vitæ*. Ad fingendum de terra hominem, consilium inuenit diuinae personae dicentes: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Creavit eum iniustitia & gratia, & tam bona proportione inter corpus & animam, inter animam & Deum, partem inferiorem & superiorem, superiorem & Deum, ut ne minimus quidem defectus interlaberetur corrigendus. *Fecit Deus hominem rectum*. Cur igitur non addit Spiritus sanctus quod addidit in reliquarum creaturarum com-

positione. *Vidit Deus quod esset bonum*? Respondet D. Ambrosius. hoc omisium consilium quoddam singulari ad rei magnæ Sacramentum, ut discrimen pateret, inter homines & cæteras res visibiles. Omnes enim illas creauit Deus tam bonas, ut eis vltimam dederit perfectionem, ad quam eas produxerat: quia illas omnes creauit in hominis obsequium, & totius ornatum vniuersi: & quando illas diuinis suis eduxit manibus, illis omne illud dedit, quod ad hoc necessarium erat, & illas habere conueniebat. Non necesse est plantas habere esse perfectius, nec terrena animalia suas qualitates, nec suam vitam pelagi pisces, nec suas aëris aues inclinationes perfectiores. Nec sperat, nec habet quod præterat equus manus aliquid bonum, quam illud, quod cum illi Deus infudit, nec perfectiorem leo nobilitatem, nec tigris fortitudinem, nec pulchritudinem pauis, nec cæuis in currendo leuitatem, nec visum aquila acutiorem, nec tantum philomela dulciorem. Homini verò, quando diuinis eius egressus est manibus, non dedit vltimam perfectionem, aut bonum, quod potest habere. Quin potius eum in principio statuit itineris boni ac mali, eique ante oculos vtrumque proposuit, dicens, ut quam vellet viam, ingrederetur.

Hunc conceptum prænotauit Spiritus sanctus dum ait: *Deus ab initio consiliu hominem*, & *Ecl. 15. reliquit illum in manu consilii sui &c.* *Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam; Ane hominem vitam & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi*. Cæteras creaturas, quo instanti illas creauit, statuit in vltimo suo fine & perfectione, ut iam quod amplius prætenderent, nihil haberent, hominem verò in ea parte seu exordio viæ posuit, & ut dixerunt Pythagorici, hoc exprimentes littera Y, quod expendit D. Isidorus. Collocavit eum ante duos terminos, *bonum & malum*: & cælesti quadam sapientia scribit Spiritus sanctus *bonum & malum*, absolute & sine termino: quia dedit homini diuina sua comitante gratia posse procedere in bono, sine termino, quantumlibet enim bonus fuisset, adhuc potuisset esse melior: & sanctus adhuc sanctior illique dici poterat. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, & qui iustus est, iustificetur adhuc*. Pari modo, ut progredi posset in malo, ita sine termino, ut quantumlibet sit malus, peior possit fieri, eique dici possit: *Qui in sordibus est, sordescat adhuc*.

21  
II.  
Potest  
quis An-  
gelos  
meritis  
præce-  
dere.

Hinc concludimus, quantumlibet sanctus bonusque sit Angelus, posse quempiam adeo in omni bono proficere, ut Angelum præcurrat, sicut etiam, quantumlibet malus ac peruersus sit diabolus, posse hominem in via perditionis ac mali tantum progredi, ut diabolum anteverrat. Profunda est hæc Theologia, quam exemplo capies manuali. Manifestum est, sine vlla comparatione aquilam regiam excedere in volandi celeritate limacem seu domiportam. Illa enim alarum leuitate, aera transiit, nec offendit, nec sistit, nec quiescit, & in instanti plures peruolat leucas: illa vero repit graui illa conchæ suæ domo, conelusa, manibus ac pedibus adeo rudis, ut vix se queat dimouere. Porro si aquila vno aut altero volatu, totis suis viribus intento peruolaret, ac demum consisteret, licet breui temporis interuallo magnum permearet terræ tractum, posset tamen limax, multorum dierum tempore, tantum iter suum proficere, & tantum terræ tractum transire, ut tandem eo appelleret, vbi aquila conqueuit, imo & ulterius prorepere, eam post se relinquens. Angelus aquila est, tantaque celeritate leuoribus sui intellectus ac voluntatis volat remigis, ut nihil eum remoretur, nec discurret, nec quiescit fatigatus. Sed omnia quasi volando percurrit celeritimus. Hominis anima instar est limacis, hæc graui corporis sui conelusa conchâ, quam humeris gestat, & à qua deorsum deprimitur, pedes intellectus ac voluntatis graues sunt, hinc mille discursibus progreditur, ei quidquid & opponitur, eam detinet, & ne procedat ulterius remoratur.

Ambo hæc expendit Spiritus sanctus, dicitur: *Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam.* *Sap. 9. 35.* *Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Magnum terræ tractum pertansit Angelus, aquila cælestis in bono, & in malo, breuissimo temporis interuallo. Quando illos Deus creauit, habuerunt non nisi duo instantia, ut iter suum perficerent, velut duplici volatu, boni, inter duo illa instantia viam diuini obsequii sunt introgressi, fide, charitate, ac præclara sanctitate, & tantam permeauerunt regionem, ita in sanctitate progressi sunt, ut ea fuerit eminentissima: & hæc consisterunt, ad gloriæ terminum peruenientes. Ne credideris: hanc esse paruum. Est enim immensa, excellentissima, præsertim illa supremæ hierarchie Angelorum. Quis exponet D. Michaelis sanctitatem? D. Gabrielis? Cherubinorum & Seraphinorum? Angelus vero mali, licet primus eorum volatus

fuerit ad bonum, qui fuit in primo suæ creationis instanti, in secundo tamen volatu, tetendit in malum, & in eo solo, saltum dederunt maximum, & innata illis leuitate adeo celeriter cucurrerunt, ut immensa sit regio quam in malitia sua peruolauerunt. Comparat illos Christus fulguri, quod in instanti tantum peruolat spatii, ut oculos fugiat intuentium. Videbam Satanam, sicut fulgur de caelo cadentem. Metaphora mirabilis. Vapor est in nube, talis qualitatis, quæ in instanti accenditur, cuius ignis, qui in ea accenditur, tantus est, tam intensus, tam fortis, ut cuiusuis fornacis mundi ardentissimæ flammæ excedat, cuius comparatione hic noster ignis pictius esse videatur. Talis fuit illa malitia, quæ in ipsis Angelis malis ut ignis quidam accendebatur. O quanta & quam actiua, quam diligens, quam præpotens? Nihilominus vnicus tantum fuit volatus, quo ad æternam appulerunt perditionem, quo in peccato superstititerunt obdurati. Cum illi igitur in suis terminis boni ac mali perstitissent immobiles, pote, ut homo tantum hæc in via festine progredi, & tot tantisque figere gressus continuos, ut ipsos Angelos assequatur, addo & antecurrat.

Sic se res habet, & ipsis oculis patet, ipsa enim prætermissa cælorum Regina, quæ post se relinquit in gratia, meritis & gloria cunctas Angelorum Hierarchias inferiores. *Exaltata est super choros Angelorum.* Inruere D. Petrum, qui tot tamque eminentes gressus in sanctitate ac meritis posuit præclarissimos: ut eius merita millium Angelorum longissime præcellant merita, & locum obtineat Angelis innumeris sublimiorem; nisi dicamus, quod omnes præcedat perfectior. Adest Diuus Paulus, qui adeo celeri gradu festinat: *Ego sic curro, non quasi in incertum,* Licet enim mole pressus huius corporis, magna tamen sollicitudine corporis pendus ieiunans & mortificationibus alleuiat, & tantum in via & cæli & virtutis proficit, ut post se maiorem partem relinquat Angelorum, si non omnium. Ipsa Magdalena peccatrix, statim à suæ conuersionis exordio, adeo celeriter cucurrit, ut primo gressu se inter ipsos Seraphinos, militem Angelis superiores siteret meritis, & charitate flagrantissimam. Hoc Christus his verbis innuit: *Dilexit multum.* Si vero talis ac tantus fuerit primus eius passus, quo non tendet triginta & tribus annis, quibus superuixit, ne vno quidem puncto à cursu suo desistens remorata? quos terræ tractus non percurrit D. Ioannes Euangelista, tot annis superstes? quid de S. Antonio?

Luc. 10. 18.  
III.  
Similitudo.

22

1. Cor. 9. 26

Luc. 7. 37.

S. Antonio ? quid de D. Francisco sentiendum, qui ad talem perfectionis peruenit gradum, qualem sedes illa permagnifica designabat, quæ ei ostensa fuit, illique super plures Angelorum choros preparata?

Similimodo in malo, potest quisquam ita progredi, & in peius recedere, ut malitia demones ipsos antevertat. Quis non capit, Satanæ malitiam à nefario & sacrilego Iuda proditoris ausu superari? Ob quam rationem, multis ante diebus, quam ad vitam nefarii sceleris pertingeret meram, cum dixerat de eo

Mat. 23. Christus: *Vnus ex vobis diabolus est.* Quia ex tunc diabolo in nequitia comparatur. Postmodum ingravescente eius malitia, dum Christum Iudæis & vendidit & tradidit impius homicida quos potuit antevertere diabolos? An non peior Herodes, Heliogabalus ipso cacodæmone? Quis autem diabolus tanta furit nequitia, ac Mahometh, Arius, Caluinus, Lutherus, monstra impietatis. Idcirco dicit D. Ioannes quod tales videri sub figura venenatarum locustarum, quæ de abyssu, id est, inferno prodirent, veneno infectæ mortifero, ipsis scorpionibus a dentiores, quæ omnes terræ plantas, flores, & arbores corrupterent. *De furore putei exierunt locusta in terram, & data est eis potestas, sicut habent scorpiones &c.* Quibus verbis quoddam nota tanta diabolica infectos malitia, ut ex ipso inferno prodire videantur, ipsius ditis demonibus, nequiores, qui in tam horribilia ruunt scelera, ut non homines, sed demones esse videantur, *Sicut scorpiones*: omnia veneno suo corrumpunt, nec honorem alicuius integrum seruant nec quidquam suum quietere, nec vident, quam non aggrediantur mulierem, nec crimen norunt, quod non audeant, nec personam cui non sint detrimento; ut eos homines magis, quam ipsum diabolum reformident: eo quod ipsos ea vident agere, quæ nec ipse quantumlibet beatus similis, diabolus patriæ sibi audax arrogaret.

§. 7. *Sicut in illis connectitur malitia stultitia, sic ipsum diabolum longe præcurrunt.*

23. Hunc conceptum eleganter profecquitur D. Gregor. quædam expendens verba, quibus Iob profundum declarat mysterium *In similitudine lapidis aqua duratur.* Littere aliter exponit frigoris fortitudinem, licet, quam aqua natura sua sit mollis, penetrabilis, liquida, ut nedum

digito tuo illam transfodias, sed & vnico halitu illam hæc, illaque propellas, quando tamen contingit ut super eam decidat frigus, continuum et intentum sit ut illam ipsis constringat petris duriores, ad tantum gradum, ut referat Olaus Magnus quod in illis frigidissimis partibus Septentrionis, in tantum obdurefcit glacies, ut ex illa construatur moenia fortissima castrorum acuminatum, quæ tormentis bellicis fortius quam ipse rupes obsistere velle videantur? Suspendum hoc, ait D. Cyrillus Hierosolymitanus. *Aqua est eius substantia, vis autem, fortitudo & durities lapidea.* Res est hæc plane admirabilis, sed adeo oculis obuia & ordinaria, ut conuetudine cesser admiratio; sicut in aliis rebus de se admirabilibus, ait D. Augustinus. Aliud longe voluit hic indicare beatus Iob (ait D. Gregor.) magis admirandum, nostram scilicet miseriam. Mitis, comis est hominis natura, faciliis ut aqua, quam ex se, vnico halitu, vnica

Lib. 11. de rebus septentrionalibus. c. 20. & 21. D. Cyril. Hierosol. Catech. 6. Tract. 27. in Iob.

peruassione, hæc & illæ vales propulare. *Leuis Iob. 24. 18 est super faciem aquæ.* Verumtamen decidit frigus vnus sceleris & alterius (hoc enim nomine Homo d. Textus peccatum describit) quo fit ut tam demone vehementi glacie cor humanum indueretur, ut nequior ipsis etiam rupibus durius constringatur; hoc est ipsis diabolis, qui ob inflexibilem obdurationem, petra vocantur; minus timer, minus conuiescit, magis progreditur, audet plura, plura præsumit, plura tentat, quam ipsi demones. Hoc ipse Deus experius est, in populi sui obdurata nequitia; cum semper illo sit usus termino, *Populus durus cervicis.* Quis hæc induravit cernicem, hæc viscera, coيدا hæc adeo esse benignissima? *Scum se (ait Deus) quia durus Iob. 24. 18 es & cervicis ferrea cervicis tua. Dura facta sunt hier. 30. peccata tua.* Indicauit hic principium grauitatis & malitiæ humane nimirum ex naturæ suæ II. stupiditate. Magnus exurgit ignis cum stipula Similitudo accenditur, est enim leuis; at maior multo est do. & ardentior, & efficacior, quando incendiatur in materia dura, densa, velut in quercu, seu ferri fragmento.

Congruè locutus est ille, qui dixit: Deus te liberet ab homine peruerso, qui sit & stultus & stupidus. Quando malitia capit sedem in homine subtilis ingenii, licet illum malitia voluntatis ad extraordinaria impellat: eum tamen acumen ingenii remoratur, quo percipit illud sibi impossibile, vel fore nocumento. Porro quando ipsa voluntatis peruersitas, intellectus stupiditate sociatur: cum nihil sit quod eum retrahat, sine vlla proficit retardatione. Hæc phrasia

24. 18

phraſi Spiritus ſanctus ind. cauit perfidi Nabal nequitiam, dum ait: *Erat vir peſſimus, multoſui & ſultus.* Nihil peius, quam vir nequam adduplicatus ſulto, & ſultus inſitus nebuloni: progredi enim eius ſine termino malitia, cum nihil ſit quod eum refraget, aut retardet. Dæmon nequam eſt per omnes caſus, attamen ſubtilis, ex natura Angelica, & intellectu valet proſus Angelico, hunc enim minimè perdidit. Acriter eum propria propellit malitia voluntatis, at ſapius eum intellectus ſui retrahit perſpicacitas. Aliquoties differt, vt ſagax venator, eo quod videat nondum eſſe tempus congreuum, nec apertam cernat januam tentationi. Ita ſe diebus continit quadraginta, Chriſtum non accedens tentaturus, donec eum percipit fameſcentem. Alias, licet aggrediatur, ſe retrahit continuo, vt prouidus miles: quando ſe in quo Marte cernit collectari, impetumque retundi poſſe arbitrat. Alias timet, dum eius, quem aggredi ſtatuert, aduertit magnos animos, inuictam fortitudinem; ſi verò nouerit, vires illius eſſe ſuperiores, ſuas ve. ò inferiores, ſibi alios dæmones adſciſcit auxilia, es, ac potentiores, vt vidit D. Antonius, & Chriſtus declarat in hodierno Euangelio. Porro homo ſtultus eſt, ſtupidus, ignorans, rudis, ob corporis grauitatem, cui inhabitat. Si in eo ſtamina nequitie accendatur: ex vno duplex conſurgit: ſtultus & nequam, vt ſine termino, ſine remora ſux perueſta voluntatis malitia in ompe facinus proſiliat, & multo audacius ea aggrediatur, ad quæ ipſa illum malitia impellit.

Magna fuit ſtatim à principio dæmonis malitia, quando de Creatoris ſui manib. egreſſus, nedum illum non recognouit, aut gratias retulit, ſed contra eum ſuperbus inſurrexit, illa inani & ſtulta cogitatione: *In caelum conſendam, ſimilis ero Altifſimo.* Attamen millenis millibus vltius progreſſa eſt hominum malitia, & in hoc longo interuallo dæmonem poſt ſe reliquit, diabolus enim nunquam vere præſent eſſe diuinum, nec Deum ſuo expellere throno, cui ipſe inſideret Deus, vt probat D. Thomas. Perſpicax quippe vidit, omnino fore impoſſibile, vt eſſet ipſe Deus, Deum ſua deiſerret Maieſtate, ipſe Deus ſederet. Ad hoc tantum eius intendit malitia, vt ei ſimilis redderetur, eo modo quo ſ. declarat Theologia. Proinde hoc dixit tantum: *Similis ero Altifſimo.* Attamen cum ſit homo ſtupidus tam immente progreditur & effrenatur eius malitia, vt fuerit, qui

realiter & vere aſcendere de hac terrarum vaſſe in caeli ſuprema præſumpſerit, vt Deum throno depelleret, ipſe ſederet Deus; & hoc animo tam ſer. o, vt illud jam operi, mandaret. Quod videmus in gigante illo Nemrod, qui vixit paulo poſt diluuium de quo Spiritus S. *Ipſe cepit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino,* ſue vt legunt Hebræi: *Contra Dominum.* Vt aduertit D. Aug. Et nomen hoc, *Venator* in Hebræo ſignificat oppreſſorem, iriſtorem & contemptorem: q. d. Erat homo ille ſuperbus, & arrogans, ſic vt nec vereretur contra Deum ipſum in certamen deſcendere. Idque non tantum cogitatione, vt egerat diabolus, ſed illud ipſum opere cepit exequi, ac in eum finem, auctor fuit primarius illius turris celeberrimæ Babylonis, vt reſert Iosephus, quod opus hoc aggreſſus ſit ea intentione, vt ad ſupremum caelum, & vbi Deus regnat, accederet, & cum eo colloctaretur, quo cum ſeuertius plecteret, quod mundum aqua demerſiſſet vniuerſum, eum caelo in terras deturbaret, ipſe Dei throno reſideret, eſſetque Deus.

Hanc quoque hiftoriam ſufficienter reſtantur ipſi Gentiles, ex qua poetæ conſinxerunt illas fabulas, quibus cecinerunt, Gigantes adeo ſuperbos, vt caelum impeterent, Deos ipſos bello laceſſerent, in quem finem montes montibus ſuperpoſuerunt: de quibus perdocte Macrobius. O malitia, diabolicâ malitiâ grauior. Siſte, malediſte, an non aduertis, quod ſi turris caelum debeat vſque pertingere, necelle ſit, mediam pertranſeat aeris regionem, vbi gelu nimio mortuus congeletis: Eriſi hanc tranſeas, oportet & ignis pertranſire regionem, quæ te in cinerem rediget? O caput cerebro vacuum! An non attendis, quod ſecundum bonam Aſtrogiam, tanta ſit de terra, ad ſupremum caelum diſtantiâ, vt totam licet ſumas terram, & de illa turrim caſtruas expolitam, eo vſque non peruenturam? Hæc eſt hominis nequitia, qui adeo eſt perueit vt eam enitatur, & in effectum producat, vt Deus ipſe tale contuens intentum dicat: *Nec deſiſtent, à cogitationibus ſuis, donec opere compliant.* q. d. Propoſitum eſt hoc ſulti malitioſi, qui vt talis, ab hoc opere non deſiſtet, ſi ei tempus, viresque concedamus. Hoc agimus, vt vltius non poſſit progredi. Cum ſint dæmones tanti numero, & tam excellentis naturæ, liberi à carnis miferiis, corporis pondero, nullo grauari, vt in eis nullum habeat locum infirmitas, fames, ſitis, aut ſimiles calamitates, nullus tamen eorum eo vniquâ

IV.  
Homoſte  
ſuperbia  
arte gan-  
tiot.  
Gen. 10  
Lib. 16.  
de ſine.  
4. 1. 6.

MACR.  
Lib. 1. Sa-  
tina. 1. 20

Gen. 11. 1

proceſſit

1. p. 1. 1. p.  
III.  
Diaboli  
ſuperbia.

1. p. 1. 63.  
a. 3.

processit malitiæ, vt veraciter, voluerit esse Deus, ob prædictam rationem. Porro ea est hominum audax & stupida malitia, vt eorum mileni hoc prætenderint, quibus libri prophani redundant, quoniam & Scriptura, verissimas de iis refert historias. Ex eadem huius intenti ratione prodit celeberrimus ille dux exercituum Holofernes, tot stipatus militum copiis, vt mundum terreret vniuersum. Id autem quod prætendebat is illum mittebat Nabuchodonosor Rex; illud vnum erat, vt omnes per vniuersum orbem exterminaret Deos, ipse solus ybique pro

vbi mea, quia subitis, substitit, eius vtrique stulticia, jam erit pertinax & obstinata, vt ulterius sic progressura. Ita illum agnouit Iob, conuersus enim ad illam, quæ virum acriter impugnabat, sicut: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* Licet enim (vult D. Chyfl.) illi respondisse videatur, verius tamen locutus est demoni, quem post illam vidit stantem, & qui vt deuitus & vecors animi, jam per se nihil agebat, muliere vero vt propugnaculo utebatur retro quod lateret, proinde illi Iob: o perire, viuentium nequissime, quid agis? mulieris operam tibi præsidio sumis, ex illa tibi mania formas, & eius in me bellicis tormentis impetum facis? qui scias, quod eius malitia, vt pote stulticia & stupida vltiora audebit, vbi tu defecisti? in ipsa tibi hæc respondeo: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?*

Iob. 2. 9.

Deo haberetur. Præcepit ei Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terre exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus. Quia vero quidam concili

cepit, & exprobrans ait: *Ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor.* Alter autem Nabuchodonosor in diebus Danielis, ad tantam ascendit mentis dementiam, vt necdum sua ei malitia persuaserit vt crederet, quod ipse Deus esset quoniam & statum suam, opus manuum artificum voluit, vt Deum haberet, proinde sub pœna capitis eundem præcepit, vt eam, tanquam Deum proni in terra adorarent: sicut aduertunt D. Hieron. & Theodoretus.

Quis non admiretur id quod contigit in Christi Domini morte? illum intentat tota inferni malitia, manum patiter dante, omni hominum nequitia: concedit Dominus vtrique plenam libertatem, vt contra suam diuinam personam agant quidquid aut sciant, aut possint. Hoc significauit, quando se comprehensuris dixit: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* Hac accepta licentia omnes in eum vnanimiter insurrexerunt. Ex vna parte prodeunt præcipui & cæteris demones nequiores, quos D. Paulus vocat: *Principes tenebrarum.* Conferantur viris primariis, nimirum Sacerdotibus, Doctoribus &

Luc. 22.

Eph. 6. 12

§. 8. Grauior est Phariseorum malitia, quam ipsius demonis: hoc autem patet in Iob, & Christi passione.

Principibus Hierusalem; exercitus fortissimus, vbi coadunantur & tota demonum malitia, & hominum peruersitas, totamundi inferni nequitia. O quam læuos fecerunt impetus? Qualem Christum reddiderunt? qui carceres tam infames? qui colaphi tam crudeles? quæ spura tam ignominiosa? quæ capillorum ac barbæ euulsio tam dolorosa? quæ verbera tam inhumana? quæ spinæ tam horribiles? quæ vulnera tam molesta? Iam quis dicat, nihil esse quod fieri possit amplius. Sustinuit Christus illos omnes impetus animo diuino, & imperturbato, patientia tam insolita vt ipsi sui intellectus, perspicacia intellexerint demones, impossibile illam in puro homine posse inueniri, & necessario consequi illum, Deum esse, proinde si progressantur ulterius, eumque neci tradant, eorum regnum certo certius fore perdendum, & in terra, quam habebant, potestatem finiendam. Quo posito, nedum conquiescunt, sed insuper & retrogradantur, vt Christi morti ponant obstaculum, quam prius totis viribus intenderant. Credunt D. Iguatius

Hinc facile quis intelliget asturiam, quâ diabolus vltus est con Iob, vt primum expendit Orig. & postmodum D. Cypri. b. D. Chyfl. & D. Aug. d. Agg. editur illum diabolus primum, & duos, tresve tam graues impetus in illum facit, quales omnes probe nouimus, vt eum bonis omnibus, filii ac corporis salute spoliari. Inuenit autem in viro iusto tantum animi robur, & inuictam resistenciam, vt proposuerit se subducere vidumque confiteri, ita ipse Deo fatetur. Tum demum in eum mouit viri sancti uxorem, vt illum aggrediat, sicut re ipsa est aggressa illo impetu, qui tantum eum commouit: *Ahuc permanes in simplicitate tua?* Cyp. Adesto demoni cedit atrox malitia tua terga vertis, & vis vt mulier referat v. Cloriam? Si tibi nequitiæ vires deficiant, vt tu ipse credis? an illas tuas habebit mulier flaccide fortiores? Male rem capis: hoc scias velim, quod multo pernicior futura sit illa mulieris nequitia, &

Hieron. Lanuzæ Bapt. de Tom. 1.



a *Esij. s. a* & Ven. Beda b. illum hunc fuisse timorem, ad Philip. quem in somnis demones per visiones terrifi- b *In c. 27* cas in Pilati conjugo excitantur, eam commo- *Matthas.* nentes, ut viro suo mandaret, ab hac causa Christi desisteret criminari, nec se hominis illius ingereret condemnationi. In illo casu, quo malitia inferni Principum retrograditur, & arma proicit securitatis, arma sumit, retinet, urget, hominum nequitia, ut viribus resumptis & animo acriori Christi procurant damnationem, idque tanto impetu, ut persuadent Pilato, dum vident quod Christum intenderet absolueret, eum morti condemnent crucifigendum; demum, dum jam mortuum viderant, nihilominus novus moliantur in eum nequitia suae machinas, Pilatum turmatim adeunt, requirunt. *Domine recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc vivens. Post tres dies resurgam. Inbe ergo custodiri sepulchrum. &c.* Hinc luce clarius agnosces, quam sit malitia hominum obstinata, quodque tam sit pertinax, quam stulti, ac proinde aliquando peior, ipsius perfidissimi demonis perversitate.

**27** Hinc intelligemus quamobrem D. Paulus quosdam homines magis extimuerit, quam omnium demonum legiones; & ipsos rogaverit Thesalonicensis, eum suis orationibus adjuvarent, ut cum honore victor incolumis ab illis liberaretur. *Erant orate pro nobis ut liberemur ab importunis & malis hominibus.* Opinatur D. Chrylottomus hoc dixisse D. Paulum, ob homunculum quendam vilem, abiectum fabrum ararium, seu sectarium, de quo facit mentionem quem dicit Alexandrum ararium. Quid hoc rei Dei Apostole? an non tu ille, qui divina armatus gratia totum in certamen provocas infernum, creaturas omnes; quinimo & ipsam mortem, ipsos tenebrarum Principes, demones potentissimos & hoc manu ad manum, duello singulari? *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia &c.* Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes &c. Et homunculum, pauperem ararium reformidas? Ne mireris, molestior enim multo est hominis illius malitia, solus ille magis me fatigat, premit striccius, fortius coarctat, quam tota perversitas infernalis. Hoc ipsum nos quotidiana docet experientia. Sunt enim aliqui adeo diabolica perversitate nebulones, ut ipsos exhorrescant, quinimo & ipsi Principes eos reformidant, qui animum tuum curis disrudent gravioribus, quam ipsi demones. Quid non aggrediantur? quid non audent? quid non

moluntur? quomodo nulla habita proprii damni, aut mali successus ratione sibi factas vilescentur iniurias? quam non stulte ac stupide habeant in concubinato, quo naufragium corporis, animae, honoris, bonorumque suorum miserimè patuntur? qua non pertinacia bella movent, & diuexant mulierem totius pudicitiae prototypon. Molestiores fuerant illi Christo, quam ipse diabolus, ac proinde se gravius ab illis offendit lacesitum, & hodie liquet, quando peractis ab illo tot miraculis idem spectatoribus, alia requirebant, ut ne hilum quidem de rebelli sua malitia vel incredulitate rescerent, ea quae videbant signa calumniant, sibi persuadentes, quod peccata ab eis signa praestare minimè potuissent, ac proinde illis per D. Marcum respondet: *O generatio incredula, quamàtu apud vos ero? Quamàtu vos patiar? Ac per D. Lucam. O generatio infidelis & perversa, usquequo ero apud vos & patiar vos.* Et modo per D. Matthaeum. *Generatio prava & adultera.*

*Marc. 9. 19. Luc. 9. 41.*

**§. 9.** Generatio prava. Pharisei generatio prae-postera, velut horologii Magister, qui veller, ut motus solis, suo se horologio conformaret.

**P** Radix rationes, ob quas Christus in hos Phariseos ita vehementer fuerit stomachatus fundantur in illis verbis Evangelicis à nobis praecedentibus. Sed & alias invenimus, si verba illi consideremus, quae illis respondit, quibus illos visus de pingit coloribus, & stylo prioris admirabili illis imitatur, qui sunt, ac propter hoc, iniquum esse, illis peccata concedere: *Generatio prava & adultera.* Si dicat Philosophus, nomen breuem rei esse definitionem, quinimo & propter hoc Adam, cui nota erat omni sui natura creaturatum, Deus praecipit, ut eis nomina imponeret, quibus paucis litteris cuiusque naturam describeret creaturæ, & cum Christus distinctus horum nosset naturam, excellentiori modo eam breviter iis nominibus, quibus eos compellat declaravit.

**287**

Primum nomen, quod eis imponit, hoc est, *Generatio prava.* Duae generationes leges in Scriptura (cum D. Augustino) Una est generatio D. Arrecta, quae à Rege Propheta dicitur: *Generatio iniqua, reprobata,* altera est *Generatio prava,* ita à Christo dicta, seu generatio prae-postera, distorta *su. Tom. 8. Ho.*

*2. Thess. 3. 2. Rom. in 2. ad Thess. 2. ad Tim. 4. IV. Homines magis ali quando quam ipsi demones*

*2. ad Tim. 4. 1.*

*neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes &c.*

*su. Tom. 8. Ho.*

I. Hoc nascitur ex duplici voluntate, quam ad-  
 Dug sunt uertimus in presenti Eangelio: prima in prin-  
 generati- cipio, quæ est propria homini quâ hi accedunt,  
 ones re- dicentes. *Magister volumus.* Secunda in fine, quæ  
 dia, & est æterni Patris. *Qui facit voluntatem Patris*  
 pæna- *mi, qui in calis est.* Generatio recta ea est eorum,  
 17. 10. quos duodecies Regius Vates vocat. *Rectos corde.*  
 31. 35. 36. Illi uero sunt, qui primario in omnibus Dei  
 63. 72. præponunt voluntatem, cui suam conformant.  
 67. Generatio praua erit illorum, qui uolunt, ut sua  
 præcedat, Dei uero se illi contemperet, & obse-  
 quatur. *Quam recti corde?* (querit & responder  
 D. Aug. *quis voluntatem suam ad Dei voluntatem*  
*dirigunt, non voluntatem Dei ad suam curuare*  
*conantur.*

Ad bonum mundi regimen duo notamus ho-  
 rologia, unum naturale, scilicet scelis, quem ad  
 hor Deus in celo cum cæteris sideribus collo-  
 cavit: *Et sine in signa, & tempora & menses, & an-  
 nos.* In signum temporum, hyberni, uerni, horarū  
 mane, uesperis, meridiei. Est autem hoc horologiū  
 adeo certum, ut nullus in eo defectus sit corri-  
 gendus: ut ait Dominus: *Si irritum potest fieri pa-  
 ditum meum cum die, & positum meum cum nocte.*  
 Ad eius exemplar multa conficiuntur horologia  
 artificialia, quædam ex rotis, alia ex lineis, &  
 gnomonibus. Inter hæc quedam sunt recta, quæ-  
 dam praua. Quod erit horologiū rectum? Illud  
 quod motus solis præcedit, & cuius secundum  
 solis motum diriguntur lineæ, umbra, quod tan-  
 to erit perfectius, quanto solis motui conformi-  
 us comprobatur. Quod erit prauum? Illud  
 quod uelles solem præcurreret, & in se motus  
 solis attemperaret. Si uideres horologiū, qui  
 horologiū conficeret, quod nota et horam de-  
 cimam, & in solis horologio nõ octauam signa-  
 ret: responderet autem horologista: *Hoc meum*  
*horologiū rectum est, solis uero indirectum,*  
*quod iuxta meum est dirigendum: annos repli-*  
*cares: hoc artificiale horologiū esse perue sum*  
*cui se sol non debeat conformare, cum sit ipse*  
*prima regula, bene utiq; illud, solis motibus esse*  
*conformandum. Ut opera perfectè dirigantur,*  
*duo uideo horologia, unum naturale, artificiale*  
*alterum. Naturale est uoluntas Dei, quæ essentia-*  
*liter, & naturaliter bona est, in tantum, ut nec in*  
*paruo nec in multo possit esse peruersa, ut autem*  
*aliquid sit rectū, sufficit illud Deum uelle. Artifi-*  
*cialia est nostra uoluntas: ut enim aliquid opus sit*  
*bonū procedere debet ex libera nostra uoluntate*  
*Quando bene dirigitur, & rectum erit illud ho-*  
*rologiū? quando conforme erit horologio diu-*  
*inæ uoluntatis, quo præcedente ipsum sequatur.*

Talis laudabatur primæus noster atauus,  
 quando supremi illius horologistæ manibus  
 compositus prodit in lucem; ob quam rationem  
 dicitur: *Fecit Deus hominem rectum.* Erat autem  
 pars inferior, subdita superiori, superior Deo.  
 Quando uero peruersum erit & prauum illud  
 horologiū? Quando tuam præponis uolunta-  
 tem, ut præcedat, & Dei postponis ut sequatur.  
 Quando uis, ut uoluntas tua, concupiscentiis  
 tuis attemperetur, & Dei uoluntas, tuæ obse-  
 quatur. Hinc discas in rectum tuam dirigere uolun-  
 tatem, si sit præpostera. *Duo uoluntates sunt* (ait  
 D. August.) *sed uoluntas tua corrigatur ad uolun-*  
*tatem Dei, uim uoluntas Dei detorqueatur ad tuam*  
*praua est enim tua, regula est illa.* Quando horo-  
 logiū aberrat, & ad duodecimam signat quar-  
 tam, inspicias solis horologiū, quæ sit eius um-  
 bra, quæ hora, quid signet, & iuum ad soli. mo-  
 tum corrigis. Pari modo tua est uoluntas recti-  
 ficanda. O quantum aberrabat illud D. Pauli  
 horologiū? quot horas peruersas, umbraque  
 præposteras designabat? *Spirans minarum ac ca-*  
*dis in discipulos Domini, Quam irregulares om-*  
*nes eius rotæ: Quomodo uero iuerunt dire-*  
*ctæ, ac correctæ: Circumdedit eum lux de*  
*celo, cecidit in terram & exclamar: Domine,*  
*quid me uis facere: quænam est tua Deus uo-*  
*luntas: Huc usque meam sensi à tua uoluntate*  
*discordem, amodo uero concors corrigitur. O*  
*brena uerbum* (ait D. Bern.) *sed plenum, sed ui-*  
*uum, sed efficax, sed dignum omni acceptione.*

Hinc intelliges, id quod Christus nobis præ-  
 legit, ut quotidie diceremus: *Fiat uoluntas tua,*  
*sicut in celo, & in terra.* Primum, quod horo-  
 lista ciuitatis agit, dum mane surgit, illud est  
 horologiū suum ad motum solis componit, ut  
 toto die congruè horas designet, & ultimum  
 quoque idem facit, ut pariter tota nocte horas  
 denotet. Hoc tibi foret agendum, dum mane  
 strato surgis, dices, non tantum orietus, sed  
 & anima. *Fiat uoluntas tua, sicut in celo, & in*  
*terra, firmiter proponens eius obsequi uoluntati*  
*& tuam illi in omnibus attemperare, eamque*  
*conspicui eius representans, quasi dispositam*  
*ad illud tantum, quod Dei uoluntati fuerit be-*  
*neplacitum. Ita liquet egisse Prophetam Dauid:*  
*Domine ante te omne desiderium meum. Attende*  
*compendium (a) eius omne desiderium meum. Id*  
*est, omnes affectus meos, uoluntatem meam,*  
*statuo in conspectu tuo. Ante te.*

Ut S. Scriptura omnimodam explicet depen-  
 dentiam famuli à Domini sui uoluntate, à cuius  
 ore dependeat obedientissimus, ait: *stat in*  
 conspectu

29  
 Eccl. 7. 30

D. Aug.  
 In ps. 57.  
 78.

II.  
 Nostra  
 uoluntas  
 diuinæ  
 est con-  
 forman-  
 da vo-  
 luntati.  
 Act. 9. 1.

D. Bern.  
 Ser. 1. de  
 conuers.  
 D. Pauli  
 Math. 6.  
 12.

Ps. 37.  
 20.  
 (a) la  
 red bar  
 redora.



3 Reg. 19. *conspetu eius. Ita inquit Regina Saba: Beati serui tui, qui stant coram te semper.* I. a quoque quando Rex Nabuchodonosor Iudæos captiuos de Ierusalem adduxit in Babylonem, iussit ex eis scilicet robustiores ac pulchriores adolescentes: *Qui possent stare in palatio Regis.* Simili phrasi loquitur David: Domine compono voluntatem meam & omnia desideria mea, meos affectus ecce statuo ante te, tuæ subiecta voluntati & his omnibus, quæ tuæ fuerint placita voluntati. Dixerim congruè, David illo die diuini oculis gratissimum obulisse sacrificium. Statuerat enim Deus in veteri lege, vt singulis diebus, illud primum in eius ageretur tabernaculo, nimirum Deo agni sacrificium immolaretur. Quid hoc Domine, num tibi voluntas est his agniculis quotidie tuum celebrare ientaculum? Absit: sed vt tibi declarem, potero literate agniculum, qui tibi bene sapiat: tuam voluntatem, eiusque desideria. Hæc Deo offerebat David diebus singulis horis singulis. *Domine ante te omne desiderium meum.*

III. Al e- goria. *Videretur autem Vates regius tangere modum quo Deus præcipiebat, vt se componerent Sacerdotes, velut artificialia horologia voluntatum populi eiusque desideriorum; nimirum vt illi primam suam corrigerent voluntatem & dirigerent secundam voluntatem, naturalem solis, id est Dei. Hunc conceptum inuenit D. Basil.* Postquam Deus Moysi tradidit exemplar tabernaculi, eorumque omnium, quæ in eo erant statuentia, præsertim vero loci holocaustorum & sacrificiorum: quia ad hæc offerenda requirebantur Sacerdotes, describit Moysi formam, quæ debeant consecrari. Vocabis ad te Aaron fratertuum, eiusque filios à quibus originem ducent legales Sacerdotes, & vt Deo sint accepta sacrificia, eos hoc modo dispones: vitulum iunnes, quem iugulabis, omnem sanguinem extimes, vt ne quidem guttula supersit, deijce illum exententibus. *Sumes adipem iorum qui operi intestina & reticulum jecoris, ac duos renunculos, & ad pedem qui super eos est, & offeres incensum super altare.* Non vult dicere (inquit Caietan) quod incensum ponatur super vitulum, sed vt totus vitulus offeratur, velut incensum, cuius fumus ascendat in conspectu Domini. *Sicut incensum in conspectu tuo: ait David.* Et statim postea, idem dicit, fiat de arjere: Quinimo & hoc idem disposuit in ordine ad eos, qui Deo vellent offerre hostias pacificas oues, boues, capras, se licet, vt renunculi, & adipos eorum & omnis pinguedo incensum sibi

litarentur in holocaustum ita vt legem statuerit vniuersalim, ne quis adipem comederet, sed eum Domino consecraret. Idem quoque, præscriptum, in sacrificiis pro peccato, cetera sacerdotis, quæ Principis secularis, quæ cui sibi vt in particulari. *Sed quid Deus per hoc intendit significare? Quærit D. Basil. quid mysterii lateat in adipem renunculis, & jecore, vt ea Deus præ cæteris sibi postulet offerri, illaque in omnibus sacrificiis cætera præcedant, & primo omnium Deo offerantur, quo Deo sint gratissima: Vbi nos legitimus, *Reticulum jecoris*, legit D. Basil. *Fibras jecoris*, sicut dicimus, *fibras cordis.* Hæc omnia (ait D. Basil) significant desideria & affectus voluntatis. *Benes enim* (dicit Theodoret) *conspicentes prima sunt officina. Voluptas & concupiscentia* (ait D. Hier.) *iuxta eos, qui de physici disputant, consistit in jecore.* Hic igitur sensus est, id primum à Sacerdote Deum exigere nimirum desideriorum & voluntatis suæ sacrificium, vt omnes eius affectus offerat Diuinæ Maiestatii ac voluntati, vt secundum eius beneplacitum suam dirigat voluntatem, de quo infra iustus dicemus ex doctrina D. Cyrilli Alexandrini, & si altero passu progressus fueris aduertendo, quod omnes esse debemus Sacerdotes, loquendo, non proprie, illi enim soli, sunt ab Ecclesia consecrati, sed communi phrasi, quam sequuntur D. Chrysostomus & D. Augustinus: *eo modo quo Scriptura vocat sacrificia omnia opera pia, & loquitur D. Petrus: Vos autem Episcopi, Sacerdotum Sanctorum, & jere spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Jesum Christum.**

Ecce quid tibi incumbat agendum, vt recte te componas, & vita tua dextero numine dirigatur. Foras expellatur sanguis, symbolum peccati, vt prædiximus, & offerat in tuo corde Dei pedibus, omnem tuam voluntatem, eiusdem affectus illam & illos in sacrificio immolans, proteitando id te velle absolute, vt in te voluntas diuina perficiatur, in omnibus quæ aggredieris, & tibi euenient. dicendo: *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.* Vtinam hoc diebus singulis exerceas, quæ feliciter in negotiis tuis procederes, quam quietus vueres, quot merita cumulates: sunt enim hæc propria voluntas tuæ sacrificia præclariora illis omnibus quæ de te ipso facere possis. Hoc quotidie foret agendum præsertim, quando prænoueris tibi illo die quandam obuenturam occasionem alicuius commotionis, impatientiæ & querelæ: quia vt aduertit D. Augustinus, vt hoc nos doceret, ipse supremus Magister, licet nunquam eius voluntas à paterna voluntate vel vno atomo discrepauerit, nihilominus, vt passionem suam



suam inchoaret, eam cum paterna voluntate conformitatem redintegravit, tertio repetens: Non mea, sed tua fiat voluntas.

§. 10. Sunt Pharisæi, generatio prapostera: Sanctorum vero recta, & sicut illa est pa-ua satorigo, ita & hac gloria principiam.

30 H Oc est, inquit Divus Augustinus, recte progredi, ut Dei precedat voluntas, tua vero illum pone sequatur. Contrarium, ut prapostere progredi prapostere, & non tolerabilis in-ordinatio. Quis quem sequi debet? Deus, te an tu Deum? quis quem, Dux militem, aut miles Ducem? Ratione huius expendit acute D. August. id quod Christo cum D. Petro contigit. Intendebat Christus in sua Ecclesia, eius ita- tuere fundamentum, nimirum Divinitatis sue fidei: ad hoc discipulos suos eduxit de Iudæa in terram Gentium, ad partes Cæsariæ Phi- lippi (nec hoc vacat mysterio) ibidem eos inter- rogat: Quem dicunt homines esse filium hominis? Volebat autem, ut is veritatis articulus termina- retur, & decideretur ex ore Petri, quo significa- bat, se nolle doctrinam aliquam vi certam se- quamur, nisi illam, quam D. Petrus eiusque cathedrae successores determinarent. Edidit autem hanc fidei sublimissimam confessionem: Tu es Christus filius Dei vivi: Quam Christus confirmat, dicendo, quod locutus fuisset tan- quam a Patre suo æte. no edoctus, & diuino suo spiritu inspiratus; hoc autem intelligendum est de Petri, eiusque cathedrae definitionibus. Quamobrem eum proclamavit beatum, & a Deo edoctum, petram Ecclesie sue fundamen- talem, regni celorum clauigerum. Beatus os Simon Bar-Iona: quia caro &c. Tu es Petrus, & super hanc Petram &c.

31 Conclufit autem Christus hoc argumentum, alio subsequenti, de morte & passione sua: Exim- de cepit Iesus ostendere discipulis suis: quia oportet illum ire iherosolimam, & multa pati a Senioribus & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi. Profilit in medium D. Petrus, & amoris Chri- sti ætiro percussus nec audire sustinens mortem cuius probosam, quam Christus sibi immine- re prædicebat, traxit illum seorsum (Assumens eum Petrus) & quasi in eum haberet potestatem, aitrogauer, & magna libertate, melius dixero, magno-difideliio illud diuertendi, Cœpit incre- pante illum, Abiit a te Domine, non erit tui hoc: me suspensum hæc tibi non fiet iniuria. Vultum suum grauiter commotum Christus illi ostendit,

& verbis eum tam duris excipit, quibus diabo- lum ante exceperat, quando eo denuncit impu- dentia vt in monte, a Christo exigeret: Si ca- dens adoraueris me. Aitque illi. Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapit ea qua Dei sunt, sed qua hominum. Singula hæc ver- ba trutinat D. August. Domine mi, quid ais: Quare Satanas, qui paulo ante beatus, & petra? O. non enim sapit, qua Dei sunt, sed qua sunt ho- minis. Paulo. nise, qua Dei: quia non reuelant: tibi car- & sanguis, sed Pater meus, qui in calis est: quando autem a se locutus est, Satanas dictus est, quia precedere Dominum volebat. Quo- quæto, illa sic quæ tua in eodem instanti muta- tio: Nam nunc eum vt beatum canonicas, & no- do eum Satanam insimulas? Iam eum honora- sti, vt Ecclesie lapidem fundamentalem, cui ille deberet inuiti, qui offendere nollet & opar- ret esse securus, modo vego exprobras quod tibi sit lapis offensionis & petra scandali? In illo instanti laudasti Petrum, loquentem non vt ho- minem sed quasi qui Patris æterni mysteria scrutaretur, modo vero vt rerum Dei igna- rum, & terrenorum sciolum reprehendis? Ne- te res illa deterreat, sed mature verba Christi perpende; Vade post me Satana. Hoc velim no- ueris, quod Petrus viræ Christi audis, eum curabat præcedere, volens vt Christus seque- retur, & ipse non faceret, quod Christus vo- lebat, sed Christus Petri obediret voluntati. Proponit Christus æterni Patris sui decretum ac voluntatem, quæ ea erat, vt ipse Hierosoly- mam ascenderet, crucifigendus, moriturus: æquæ n erat, vt suam Petrus, cum Patris æter- ni diuino decreto corrigeret voluntatem eam- que sequeretur. At tamen tenuit, quinimo sibi sapiens hoc intendebat, vt Diuina voluntas ad suam curuaretur, ageretur; Deus ex Petri man- dato. O Petre, quæ longe aberras, dū Deo fugger- ris, te nolle, vt fiat id quod ille decreuit, sed ille decernat vt fiat id quod tu male sapiens iudicis. Miror Petre tuam hanc irreuerentiam, quæ metetur, vt vocetis Satanas, id est aduersarius, & tibi Christus significet, te in hoc ignoran- tem Dei secretorum. An miles ducem suum vnquam antecurret? Discipulus Magistrum: fa- mulus Dominum: inuerso modo tibi agendum o Petre, sequere me, illud velis quod ego volo, il- lud fiat, non aliud contrarium. Vade post me. Pra- cedere Dominum volebat, & duci celestis terrenum dare consilium Abiit Domine, non fiet istud. Dicit, abiit, & dicit Domine: Vtique si Dominus est, potestatem facit. Si magister est, nouit quid faciat, nouit.

D. Aug. In pfa. r. r. Tom 8.

J. Cur Petrus a Christo Satan dicitur.

D. Aug. Tom 8.



novit quid docent, Tu autem vis docere docent, docere Magistrum, iubere Domino, imperare Deo? Multum procedis, redi retro. Si sic Petrum excepit, quid miramur quod Pharisaeos tanta confundat, ac reprehendat acritate. De illis autem cecinisse Vatem Regium? *Convertentur inimici mei retrosum. Ideo convertantur retrosum ne praecedant, sed ut sequantur.* Hic tu quoque discere, qui Deo leges tentas praescribere eorum, quae tecum habeat agenda, illique suggeris, ut id velit, quod tibi placet, quam dignus sis ab illo severa castigazione reprehendi.

**32** O quantis dici hoc potest: dum illis Deus suam exponit voluntatem, quantum ad calamitates, quas illis iustus immitterit, illi praecedere volunt, & ut fiat contrarium, faciat Deus quod illi fieri decernunt suae proprietarii voluntatis. O stulti corde, & praeceptorum, ecce quid de vobis dicatur. *Vade post me Satana, non enim sapiens &c. Te illius conforma voluntati: nec enim ille se ad tuam debet incurrere. Ex hoc poteris intelligere, ait D. August. illa Davidis verba: Letamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

Eos quos prius vocat iustos, postmodum vocat rectos corde: qui enim recti sunt corde, hoc est conformes sunt Dei voluntati, hi iusti sunt: nihil quippe magis, convenit iusto, quam cordis rectitudo. Quid iustum est, ut se conformet, an Deus se tibi, an tu Deo? Dominus seruo, vel servus Domino? praeiuramentum, vel rectum praeiuramentum? Illis autem duo promittit David, Primum, laetitiam & consolationem. *Letamini & exultate.* Secundum praemium infinitae & aeternae gloriae. *Gloriamini omnino.* Nihil enim adeo virum iustum exhilarat, & in suis tribulationibus consolatur, quam cogitare hanc esse Dei voluntatem, qui eas sibi semper iustus immitterit. Haec cogitatio Iobum in tantis calamitatibus ita solabatur, ut in eis ita letaretur, quasi thesauros infinitos inveniisset; hoc enim apprime noverat, quod dicebat, *Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.*

Haec consideratio D. Paulo abstergebat lacrimas, cum solabatur, exhilarabat, & omnes eius pariter discipulos; quando eis praedixerat Agabus propheta, Dominus Paulum vinculis alligandum, carceri mancipandum, morte condemnandum, & omnes dolore confici viderentur. Non est, inquit Dominus Paulus quod impatientius doleatis, haec enim est Dei voluntas. Si hoc verbum: Haec regis est voluntas; sufficiat ad gravissimas sedandas quaestiones,

quanto magis hoc verbum; Dei est voluntas? *Quicquid sit refert D. Lucas: dicentes, Domine fiat voluntas. Nota te verba; Quicquid sit. Hoc verbo corda eorum qui exierunt, hoc verbo cunctis respondebatur argumentis, hoc verbo omnes pusillanimes erigebantur.*

Haec erat illa meditatio, qua delectabundus exultabat, Divus Chrysostomus, ut ipse fatetur tam gravibus pressus persecutionibus, quas in eum excitabat Eudoxia Imperatrix, quae eum & affligebat, & civitate expellebat, & persequeretur atrociter. *Semper dico: fiat voluntas tua Domine, non quod ille velit, aut ille, sed quod tu vis; tua voluntas mihi iuris fortissima, & petra stabilis, & baculus fortis &c.* Haec erat illa, quae solabatur, confortabat sanctum sacerdotem Saturnum, inter tot carceres, molestias, angustias, quibus a Longebardis ad extrema deducebatur. *Ego in manu Dei sum, tantum in me possunt facere, quantum ipse permisit.* Divus Greg. Ita ut, dum eum volunt condemnare, D. Greg. rogante, ut ipse mortis sibi genus eligeret, quod vellet ab ipsis interim, responderit: electio nem non habeo, meam enim voluntatem Divinae resignavi voluntati. *In manu Dei sum; ea morte me occidite, qua ille me occidi permisit.* Ille in maioribus periculis tam quietus vivebat, ac si in caelo beatus regnasset, proinde per eum Deus mirabilia operabatur: *Vide credis, tuas oritur anxietates? Ex eo quod optes semper tuam fieri voluntatem, & cum illa non sit, quae debet impleri, sed Dei, hinc turbaris, hinc affligeris, hinc mortificia absorberis. Unde bella & lites in vobis quarit Divus Iacob. Nomen hinc? ex concupiscentiis vestris. Vestram proponitis voluntatem & concupiscentiam, & eam videris non impleri. Concupiscentiam enim non habetis, occiditis & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis & belligeratis, & non habetis.* Tu ipse de te sermo testimonium: quid est quod te tantopere cruciat; quando infirmus lectulo decumbens, cum haec Dei sit voluntas, te illi detractes conformare, sed quod tua velis praecedat voluntas?

Vult Deus ut inopia premaris, tu vero ut divitiis abundes: Vult Deus, ad dignitates non promovearis: tu vero ut illas adipiscaris facillime moves per alia. En tibi inquietudinis tuae, doloris, maioris originem: nempe quod tuam Divinae praeponeas velis voluntatem.

Atteode mentis tuae statera. Vult Deus, non enim sine ratione nobis illud hodie proponitur in Epistola coniuncta Evangelio, quod modo declaramus. Ecce Elias omnis vitae

tatis exemplar, nihilominus vice quadam adeo inquietus, turbatus, & vehementer adeo coarctatus amore concitabatur, vt ad iuniperi vmbra protectus conqueri cœperit, seipsum, quinimo & Deum obtestatur: *Hæc me infelicem,*

*ad quid vito mortalium miserum? Eia Domine, mortar, mortar ego; Petiit anima sua, vt moreretur; sufficit mihi Domine, tolle animam meam.*

Quid hoc, o Vates Sanctissime? quis hic dolor tuus adeo sensibilis? quis tibi mortales has adfect angustias? Non tacuit hoc Spiritus Sanctus manifestans, quod iter hoc Elias fuisse aggressus, ex propria sua voluntate. *Ibat, quocumque enim seruat voluntas.* Hæc ne illa est, quæ te ducit, quam tu sequeris? grauis te manet vltio; dicit D. Bern. *Hæc est enim crudelis bestia fera pessima vaporensima lupa, & hanc famissima.* O iusti; o recti corde; per hoc in hac vita quoddam gloriæ cælestis principium obtinebitis, si vestram voluntatem Diuinæ contempseritis voluntati. *Gloriamini.*

**33** Precipit nobis Christus, vt petamus, *Adueniat tibi regnum tuum.* Domine, da nobis principium, & regni tui seu gloriæ participationem. Quomodo fiet istud? Addant; *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* In celo nequit esse dolor gemitus, tristitia: est enim status ille omnium quodam in mare gaudiorum. Quæ huius re causa? dolor ex eo nascitur, quod quis eo, quod appetit, non potiarur. Ibi vero omnes, eo, quod desiderant perficiuntur. *Beatus habet quid, quid vult;* ait D. August. Et ea est ratio, quam ipse assignat, quia in illo statu omnium felicissimæ, omnes habent suam cum Deo unitam voluntatem, & unus cum Deo spiritus perfectissime efficiuntur: ac proinde nihil aliud volunt, nisi quod Deus vult, & sicut quod Deus vult. illud fit, ita ipsorum in omnibus voluntas optatissime adimpletur. *Omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt Deus sua.* Nam sicut Deus poterit, quod vult per seipsum: ita poterunt illi, quod vult, per illum: quia sicut illi non aliud volunt, quam ille vult, ita ille vult, quicquid illi volunt, & quod ille vult non poterit non esse. Profundam contingunt hæc verba Theologiam. Hoc dixit idem propheta Isaias, quod ibidem, *Eleuabitur Dominus solus.* An ergo non regnant omnes? Regnant utique, idcirco enim eorum omnia vidit D. Ioannes capita coronata vt reges solent. An non totum illud fit, quod omnes desiderant? Fit utique; sed id tantum volunt, quod Deus vult, quia clarissime diuine estantur rectitudinem voluntatis, & id quod

Deus, vult, esse optimum; Hoc inquit Diuus Aug. vult Deus, quod ipsi volunt, & hoc ipsi volunt, quod Deus vult: & sicut id quod Deus vult, indubitanter fit, ita quoque fit, quod ipsi fieri desiderant. Petè a Deo, ut det tibi quandam huius gloriæ communicationem, dic Deo; *Adueniat regnum tuum.* Hanc assequeris, tuam cum Diuina vitendo voluntatem, *Fiat voluntas tua.*

Hoc Deus promiserat per Isaiam prophetam. *Dum non facti vias tuas nec inuentur voluntas tua, vt loquaris sermonem;* Tunc dicit obiter *super Dominum, & sustollam te super altitudines terræ.* Contemplantur D. Franciscum, quam lætus in sua paupertate exultat; D. Laurentium video craticulæ superpositum, velut in celo letantem; Apostolos eo hilariores, quo grauioribus pressi sunt persecutionibus; Diuina autem in tribulationibus gloriantem; *Gloriamini in tribulationibus.* Iam corde in celo gaudentes conquiescunt, in illis Dei regnat voluntas, hæc illis in omnibus satisfactum: Hæc est rectorum generatio; *Generatio rectorum benedicitur.* O generatio nobilis, illustris, excellens, cunctis Regum terræ stemmaibus eminentior. Hoc Christus hic significauit (vt tibi pateat, quam bene hic discursus in eo fundetur) his verbis concludens, quod qui fecerit patris sui voluntatem, ille est filius Dei, frater, soror & mater Christi. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in celis est, hic frater meus, & soror, & mater est.* Num filius Dei? Frater, soror, quoniam & mater Christi? An quis possit titulos nancisci nobiliores? Opponit Christus hanc generationem, de qua in fine Euangelii generationi piæ & præpostere, de qua in principio; *Generatio praua,* An peior hæc vlla dari queat? hæc est illorum nebulonum qui accedunt, dicentes; *Magister volumus à te &c.* O mentis inopes, perueisti; Christum vt Magistrum prius agnosceatis & Dominum (tunc enim Dominos dicebant & habebant ipsos Magistros) & petitis, vt ipse faciat id, quod vos vultis? O generatio praua! Hinc docet D. Chrysost. quod nomen hoc Magister, quo Christum videntur honorare, magis fuerit irrisorium quàm sincere prolatum. Quid de illo censes, qui se Principi in seruum addiceret, & primum, in quo vellet ostendere, se eius seruum, hoc esset, humilimum, Dominum suum adiret, dicens. *Domine mi, vt talem te agnosco, porro tuum erige agere, id quod ego voluco? Serue nequam, an risui me habes, an me explodis?*

Quinimo, propter hoc dixit Deus per proph-

*Isa. 58. 15*

*Rom. 8. 3.*

*Psa. 111. 2*

*Mat. 6. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

*Mat. 23. 10*

phetam Malachiam, quod eorum multos non ferret, qui se Dominum ac Patrem venerarentur, *Filius honorat Patrem & servus Dominum suum. Si ergo ego Pater sum, ubi est honor meus? Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* O quot tales inter nos reperias, quos recte vocaveris: generatio prapostera, prava, quae Deum exhibere videatur. Semper hoc sonat ex ore vestro. Domine mi, Deus meus. *Quid vocatu me Domine, Domine & non facitis, quae dico?* ait ipsa veritas Christus. *Quae foret illius impudentia, qui se Ducis altius iactaret obsequentissimum famulum, nihilominus, nihil adeo cordi caperet, quam Ducis sui mandata praetergredi?* Si ille de famulo suo glorietur, quid illi replicares? Et quae haec tua, o Christiane invereconda malitia ut te Dei servum fatearis, cumque ut Dominum tuum agnoscas supremum, & nihil magis cordi habere videaris, quam quidquid tibi inuenerit, audax praevicari? Quid enim agis nisi divina eius mandata contemnere, transgredi leges, surdas eius admonitionibus aures praebere, & nihil magis quam Deum obliuisci, nihil minus curare, quam ut is attendas, quae ille tibi mandavit observanda? *O generatio prava.* Nequiores es, secundum quid, ipso Pharaone. Misit Dominus Moysen legatum suum ad Pharaonem, ut hanc ei diuinam exponeret voluntatem: *Hec dicit Dominus Deus Israel. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.* Proponit sibi Pharao, Deo non obedire, & supposito quod eius nollet mandatis obtemperare, noluit enim ut Dominum suum palam confiteri, nec seipsum ut eius servum vel subditum, vnde ait. *Nescio Dominum.* & *Israel non dimittam.* Hoc enim monstruolum iudicabat, licet barbarus, eum ut Dominum confiteri, & eiusdem nolite facere imperata, & rem esse etiam adeo lapideo cordi, quale suum erat, minime tolerandam. Haec est Pharisaeorum impudentia, qui accedunt Christum colentes nomine Magistri ac Domini ut vellent interim, ipse sit eis subditus, eorumque perficiat voluntatem.

**S. II. Generatio adultera.** *Sunt Pharisaei, generatio adultera, quae sponsam ore celebrat, ac amicum corde.* Heyna Hieremiae similes.

**35** **S**ecundum epithetum, quo eos Christus signat, illud est. *Generatio adultera*, nomen, quo Deus communiter eorum exprimit

malitiam. Nihil magis commune adulterae quam bona verba, & malum cor praestare coniugi, cor suum tradidit ganeo, magna mariti sui invidia, magno dedecore, magna infamia, ut autem ei imponat fraudulenta, & se ab illo seueret incolumen, ei verbis blanditur afficitissimis, quibus eum compellat: tu vita mea, anima mea, solamen vitium & quo turpiorem contra eum telam orditur traditionis, eo maritum reddit adulationibus, signis amoris exterioribus, verbisque dulcissimis secutorem. Hoc agebat generatio haec peruersa. Nihil erat adeo ad eorum cordibus remotum, nihil minus amabant quam Deum: idolis suis medullis maritati, deliciis suis, cupiditatibus, furis & rapinis traditi, tamen nihil illis in ore frequenterius quam Deus, cuius, & se servus profitebantur, cuiusque honorem & gloriam nunquam non praeserebant: vociferantes, hic est sponsus noster, pater noster, noster Magister, nostrum boam. Hoc illis d. lucide Christus exposuit, quando alias ad eum accedentes verborum eum lenocinibus demulcebant, tunc siquidem eorum publice detexerat cordium peruersitatem, & a se indignos repulerat dicens, quod eos in us & in eum non iusseret, esse illos, de quibus. *Populus hic labios me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Nihil ab eorum cordibus remotius, quam esse Christi discipulos, eiusque diuinae doctrinae adherere. Quocirca dum illis dixit caecus ille illuminatus, Numquid & vos vultis eius discipuli fieri? Dicit eum deuouerunt imo & excommunicauerunt: & modo in particulari, non adeo cordibus suis mortem ipsam exhorrescunt, quam Christum, cum paulo ante hanc historiam, testibus Euangelistis, in concilio confederint *Ut eum perderent.* Arbitrati sunt, quod fidei eius in populo multum derogarent, si in eius conspectu quaedam ab eo requirerent signa prodigiosa qualia Christum minime posse facere, sibi persuadebant. Ad eum accedunt hostili corde ut autem eum reddant securum, blandis, & honorariis videntur verbis, titulum & nomen acceptissimum ei offerunt: *Magister.* q. d. Alium magistrum repellimus, tuam scholam frequentamus, alius nobis dux non satisfacit: tu sis nobis talis in omnibus, *Magister.* O generatio prava & adultera.

Perpendi. Diuus Chrysostomus quaedam verba, quae Deus bis repetit per Hieremiam, & Ho. 13. in Christum ea confirmat in Iudaeis impleri. Vbi *Mat. 23. facta est domus ista.* legit ipse, iuxta Septuaginta *Spelunca*

Spelunca Hyena facta est domus mea mihi. Apud scriptores, Hyena particularibus describitur proprietatibus, ac proinde de illa tractant Solinus, Plinius, Aelianus, Oppianus, Aristoteles, On dius, D. Clemens Alexandrinus, Tertullianus, D. Gregorius, etiam D. Anastasius Episcopus Nicensis refert ex Eschbio, quod Salomon de ea particulariter scripserit. Sed ex professo D. Chrysofost. proponit singulares & stupendas eius proprietates, quas sulse prosequitur noster Vincencius Belluacensis in speculo maiori. Inuenitur autem hoc animal in partibus Africæ: magnitudinis fæstis canis molossi. Primum igitur de eo refert D. Chrysofost. quod animal sit lucis inimicum, cuius radiis excæcatur, proinde semper noctibus obambulat. Obquam rationem ab Oppiano dicitur vocari, Noctipla, id est, obambulator nocturnus: alii etiam arbitrantur illud esse animal, quod a Propheta Abacuc vocatur, *Lupus vespertinus*. Secundum corpore est inflexibile: eo quod non habeat nodosam spinam, & multis ossibus innotatam seu compactam, velut aliorum animalium spina dorsis, sed vnum tantum os latum, continuum, & solidum instar laminæ fæstæ. Tertium, crudele est, carnis avidum, sed maxime humanæ proinde communitate ca cæmisteria vagatur, quasi pacis signo illos ad se conuocat. Singulariter tamen hoc utitur dolo mirabili, quem expendit Plinius aut quid rari, & Solinus b ut quid stupendum. Accedit noctibus pastorum tuguria, hic siltit, auscultans, num forte inter eos quisquam proprio suo nomine compelleretur. Si quoddam nomen aure percipiat: parum per subticet, deinde vero, vocem fingens humanam, vocat eum illo nomine, quod intellexit, quasi quidam esset, qui ad tugurium accederet, vt per hoc p storem reddat securum, quai do quippe quemplam proprio compellas nomine, hoc ipso ipsi persuades, quod eum agnoscas, amicus illius sis, eius recorderis. Nihil sinistra suspicatus pastor, amicum credens, qui eius uocem prompte nomen, egreditur, quem Hyena confusum rapit, & vnguihus disceipit: O animal crude, sed difragum.

Tales norantur hi proditores, eorumque concilium vt spelunca hyenæ: *Spelunca hyena facta est hereditas mea mihi.* Primum lucis inimici lucifugæ, qui clarissimis eius radiis obenebrabantur. Optime dixit illis Christus. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Fulgidissimis doctrinæ suæ, ac miraculorum radiis magis obenebrabantur. Modo, quando, velut Diuinus sol radium emittit clarissimum, miracul., quod parauit, a deo obeccati sunt vt dixerint. *In Beelzebub principe demoniorum eticit demonia.* Erant quoque, obdurati & inflexibiles, cum illos ab inuaro non reorserit odio, ac feritate belluina qua Christum persequebantur nec eius dulcissima suauitas, nec eius stupenda prodigia, nec diuina prædicatio, nec sine fuligine suauissima puritas, nec Sacra Scripturæ auctoritas, nec bonorum promissio, nec malorum comminatio: proinde illos Christus deseruit vt ut demones obduratos, Erant quoque fæstissimi, vt illos Christus reprehendit, *Qui comeditis domos viduarum, exsugebant pauperum sanguinem.* Sed hoc erat illis singulare, & cum Hyena commune: nimirum cordis pteruersitas, duplicitas proditiõis, scelus iniquissimum. Si bi lumen res præsidio nomen illud, quo eum diuinum pastorem intj in suis familiares compellabant, scilicet nomen *Magister*. Scimus, quia a Deo venisti, *Magister*. Dixit Nicodemus & eius schola discipuli. *Rabbi quis percauit, hic an parentes eius?* Item ei charissima Magdalena. *Rabboni*. quini mo & ipse mittens duos de discipulis suis, verus ciuitatem negotium quoddam peracturos, vt pateat, quod suo nomine venient, præcepit eis ut dicerent. *Magister dicit: Tempus meum prope est.* His munus accedunt Hyenæ, vt omnem ei auferant doli suspitionem. *Magister*. Sicut & ille omnium quos sol aluit, scilicet Iudas, vt eum traderet, inquit, *Aue Rabbi.*

Hoc nomen ore profertur, at in corde immortale fouent odium, & eum perdendi viam & honorem eius flagrantissimum desiderium. Vident illos speluncam Hyenæ? Numquid spelunca Hyenæ facta est domus mea mihi? Ego ego sum, ego vidi dicit Dominus. Quam mihi clare patent mentis veltæ viscera, proditores sed & agnoscent, ex eo quod cordis velti nihil me prætereat, fugiat nihil, quia Ego ego sum; Deus verus, hinc procul abro Generatio mala & adultera. Illos plurimis ab annis præmonerat Spiritus S. per Salononem. *Ne accesseris ad illum duplex corde ne fueris hypocrita &c. Ne forte cadas, & adducas animam tuam in honorem.* & reuelat Deus alsonsa tua, & in medio Synagoga elidat te, quoniam malitiose accessisti ad Dominum. & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. Quid ergo speraretis, proditores hypocritæ, quid

37

Math. 23

Ioan. 7. 2. 16. 9. 2. 10. 20. 16

Math. 26

Eccli. 1. 26

Z z manus

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

minus ille faceret, quis perfectius vos nouit, & proprius introspicit peruersas vestras intentiones, quam vos ipsi? Tu quoque quid boni speras, qui cum istis accedes suauibus, blandis & amicis verbis; hostili vero corde, & ad omnem offensam preparato?

**38** De vobis verificari potest illud, quod de his dixit, qui eorum egregie tenebat corda. *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Noce-

dideritis, quod vobis male conueniat nomen, generatio adultera: si enim eos hoc Christus nomine notauerit dignissimos, illud vobis eius

**44** Apostolus D. Iacohus imposuit. *Adulteri, nefarii: quia amicitia huius mundi inimica est Deo: Anix adulteræ, Deo desponsatæ: ore tenus eum colitis, corde vero mundum eius inimicum veneramini; Nullam os magis pium & Deo dicatum, quam tuum: Pater noster, Deus meus, meum bonum patrorum meum, gona mea: sed nec est cor magis oppositum: cum tuum aliquid nihil intentat, & molatur, quam eus iniuriam, & dedecus, contumeliam. An non talis o. au. rus*

**Greg. Nyssen.** accedis (inquit D. Gregor. Nyssen.) dicens id, quod Christus piissima sua miser cordia, tibi concessit, ut diceret: *Pater noster, qui es in caelis*

**Dom.** Hoc ore tenus; intus vero talis es, ut tibi possit exprobrari, quod Christus iudicis, *Vos ex parte diaboli estis, & desideria eius vultis facere.* Ex vna parte dicis, *Sanctificetur nomen tuum.* Et ex alia illud blasphemias. Exterius voce ostendis te eius signatum voluntati, dum ais; *Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra & corde tuo.* In h. magis satagis, quam id aggredi seu conari, quod eius est contrarium voluntati, & preceptis. *Vocem tenuis; Dimare nobis a vita nostra, sicut & nos dimittimus &c.* & corde tuo in iuria meditaris uisionem.

**Deo. 27. 2** Subtiliter notat Abbas Rupertus quam graphicè illos describat Deus, imo & vos, in eo quod illi Moysi, altare erigeret, in quo eius lex describeretur, & interiori parte consistit, et ex lapidibus doris, informibus, impoliis: Audi vero Dei preceptum: *Eriges iugentes lapides, de saxo informibus & impoliis & adificabis altare Domino Deo tuo, & calce leuigabis eos, ut possit scribere in eis omnia verba legis huius.* Ne scriptura peruadat, penetretque vsque ad lapides, illi etenim suam retinere duritiam, In Hebræo legimus; *Limes eos calce.* Tales fuerunt hi Iudæi. *Quale altare Deo erigebant exterius adeo calce leuigatum? qua legis Diuinæ super scrip-*

tionem apparebant, adeo religiosi, Dei honoris zelosi, iustissimi; cor autem eorum petras vincebat duritie? Tu quoque talis. Quam praefers inscriptionem? quales protestationes ore tuo pro Dei gloria; quantum Ecclesie zelus. At quam parum recipitur hæc superscriptio intus in animæ tuæ visceribus? Cum tibi eor sit adeo durum, informe, nullo labore uirtutis expoliturum.

**§. 12.** Signum quærit. *Quater signa de caelo petierunt: quæ erant talia, quæ faciliori ratione possent adscribi dialo.*

**39** **Et** Signum non dabitur ei. Expendamus, quæso diligenter verba hæc. Quo clarius intelligamus insipiens Phariseorum inuentum, & Christi Domini diuinam sapientiam, diuinum consilium. Questionem proponit D. Tho. circa illa verba. Quomodo verum est quod Christus dixerit: signum non dabitur ei: si postmodum plurima dederit? Redundant Euangelia us miraculis quæ Christus post hæc fecit, ut o. & ipse D. Matth. qui hoc conscripsit Euangelium, refert illud quod heri tractauimus, quod etiam ibidem ipse Palmarum die, vicinus passioni, multa ceteram eis similia ediderit, quæ tam admiranda, ut ipsi Pharisæi summo stupore percipere uiderentur. *Videntes autem Scribæ & Pharisæi mirabilia quæ fecit* **Matth. 21.** &c. Talia inquam, ut D. Iohannes eorum cæco. **15.** tatem admiratus de istis uerba proferat, *miraculorum tantum prænotans multa & magna.* **Cum 37.** *tot tantæque signa fecisset coram eis.*

Multa attulit Abulens. ad enodationem huius difficultatis, aramen illa primo descripsit D. Tho. Dicit igitur Primo ex D. Chrysa quod eis Christus non pro semper signa dærogauit, sed tantum pro illo tempore illos enim tunc, reputat a se nullo dato signo. Dicit Secundo cum D. Hier. quod eis non omnia negauerit signa, sed tantum ea quæ ipsi petebant: nimirum *Signa de caelo.* ut ait D. Luc. ut aeri tenebras offunderet, aut manna caelo deduceret, cum Moysè; aut solis cursum retardaret cum Iosue; aut totius uisus, fulgura, tempestates excitaret, ut olim Samuel, ignem de delursum in terras attraheret, in morem Elia. His duo prætendebant: Primum uispendere, & extenuare Christi miracula, dicendo, quod ea quæ hæcenus fecerat, ea essent, quæ uix duobus digitis à terra sursum tollebantur. Secundum eius gloria derogare: sibi etenim persuadebant, Christi potestatem eo vsque non extendi, ut signa de caelo faceret: quod proinde

concluderent, quod illa quæ faciebat inter oculos & manus, id est quæ viderentur & tangerentur, opera essent oculorum, & manuumque facilitatis seu præstigiatoria. Quater signa petentes accesserunt, Primum: quando in exordio prædicationis suæ illos flagis eiecit de templo, ut canes in mundos omnes. Sicut enim hæcenus nulla Christi viderant signa, sufficiebat illis pro illo tempore quædam in communi postulare:

*Quid signum ostendis nobis: quia hæc facis.* Secundum: quando parato miraculo quinque panum, a deo celebrari, vt videntes illi, quod omnis populus communi suffragio ei acclamaret: *Hic est vere propheta, qui v. natus est in mundum.* Accesserunt ad Christum, dicentes, quod fecisti modo miraculum, res est parvi momenti. *Quid operatur? Frustum panis, & quidem hordeacei: clarigiri, quid hoc tanti? Quid signum tu facis, vt credamus? Patres nostri manducauerunt manna &c.* Ita hoc, hoc est, miraculum, quod Moyses operatus est, panem de celo deducens panem Angelorum, tu vero *Quid operaris, quæ tuæ sunt miracula? Res terrena, nullius ceu parvæ entitatis, panis v. visualis, & quidem hordeaceus. Ostende tu nobis signa de celo: illa quippe magni sunt æstimanda.* Tertium, quod modo præmanibus habemus, factum enim illo miraculo, cæco, muro, surdo, & a dæmone possessio integre curato, accedunt, arguunt, hoc nihil faciendum: opus esse adeo relictæ potestatis, quæ v. lterius se non extendat quam ad ea, quæ sunt nobis proxima, rogant propterea vt signa de celo demonstret. Vltimum quando eis & Sadducæis rubore nimio confusis, qui tentantes eum accesserant, reuersi sunt, petentes, si vellet vt in eum crederent, ostenderet signa de celo. *Rogantes vt signum de celo ostenderet eis.*

*Mat. 16. 1*  
Illa signa de celo toties licet, ac tanta importunitate petita nunquam illis dare Christus consentit (ait D. Tho.) idque iure merito. Primum eo quod præsciret, proditores illos ad nihil aliud intendere, quam vt eius miracula possent calumniari, quæ dicebant, vel flocci pendenda vel virtute effici dæmoniorum; ac de nullo eorum illis facilius erat hoc dicere quam de illis, quæ ipsi petebant de celo; (ait D. Hiero. ex quo sumpsit Beda.) velut de tonitru, fulgure, grandine, ignibus, ventis &c. Et patet apertissima ratio, quia in illis superioribus regionibus, vbi formanur tonitrua, fulgura, ignes, grandines, tempestates, communiter dæmones commorantur, vnde de illis, s. dicit Theologia, quod habitent in aere illo caliginoso, qui tot dæmonibus repleretur, sicut Dominica præterita retulimus. Vnde illos vocat D. Pau. *Principes potestatis aeris huius.* Ad Ephef. *Principes & potestates in cal. stibus:* quia in illis mediis aeris regionibus ampliozem exercent potestatem. Vt declarat D. Aug. Ob quam etiam rationem eos Christus nominat: *Volucres cali.* Facta per facile est dæmonibus aera commouere, & vapores conuolare, qui in illis sunt, in grandines, in imbres vehementissimos similiter & ex eis igneos radios accendere, & in terram demittere: Ita Antichristus operabitur, cuius signa fallacia erunt, & dolis plena, sicut D. Paul. testatur. *Prodigiis mendacibus:* ea quæ ipse patrabit ex tali constabunt apparatu, seu phaleris & virtute diaboli efficiuntur, *Faciet signa magna, vt etiam ignem de celo faciat descendere in terram in conspectu hominum.* Loquitur enim hic D. Ioan. de ista bestia. Et D. Meriodius Martyr ait quod signa illa erunt, quædam in aere alterationis, vt videatur Sol in tenebras conuersus & obæcatus, & luna in sanguinem. Et D. Hippolytus Martyr opinatur, quod Antichristus id efficiet, vt in meridie tam palpabiles sint futurae tenebræ, ac in media nocte, & e conuerso. Hoc adeo verum arbitror, sicut notat D. Au. vt quando Deus castigare voluit Aegyptios, illisque immitte re tonitrua, fulgura, grandines, tenebras, hoc egerit opere dæmonum, velut suis carnicibus, & iustitiæ suæ ministris: ita cecinit Rex Vates. *Misit in eos iram indignationis suæ, iudigationem & iram, & tribulationem, & immissiones per Angelos malos.* Idem nobis ad oculum liquet in historia Iob, in igne qui descendit de celo, quo diabolus in cineres redegit viri iusti ouium greges, & in tempestate & turbinibus, quibus domum eius funditus evertit. Vnde patet, quam sapienter procedat S. Mater Ecclesia, dum ingruente tempestate, aera coniurat, seu dæmonos exorcizat, qui in aere versantur, aera complectitur sonitu sacrarum campanarum, aspersione aquæ benedictæ, piis orationibus, crucis imaginibus, ac Sanctorum reliquiis.

*40*  
Si tam peruersi fuerint illi, vt ea miracula, quæ oculis suis intuebantur, manibus suis contrectabant, experiebantur in ærotis, & semimortuis, toti mundo notissimis, sua maledicentia vellicarent, quo non aceto perfunderent, signa de celo? Si procul audirent horrenda tonitrua, terrificam viderent fulgura, radios ignitos, qui terram horrore conuoluerent? Signum vnum de celo desit eis Pater æternus ipsa Palmarum die, voce de celo, delapsa supra filium suum, quæ quasi ex nubibus proflicebat, quæcum vt si-

ut, sicut Dominica præterita retulimus. Vnde illos vocat D. Pau. *Principes potestatis aeris huius.* Ad Ephef. *Principes & potestates in cal. stibus:* quia in illis mediis aeris regionibus ampliozem exercent potestatem. Vt declarat D. Aug. Ob quam etiam rationem eos Christus nominat: *Volucres cali.*

Facta per facile est dæmonibus aera commouere, & vapores conuolare, qui in illis sunt, in grandines, in imbres vehementissimos similiter & ex eis igneos radios accendere, & in terram demittere: Ita Antichristus operabitur, cuius signa fallacia erunt, & dolis plena, sicut D. Paul. testatur. *Prodigiis mendacibus:* ea quæ ipse patrabit ex tali constabunt apparatu, seu phaleris & virtute diaboli efficiuntur, *Faciet signa magna, vt etiam ignem de celo faciat descendere in terram in conspectu hominum.* Loquitur enim hic D. Ioan. de ista bestia. Et D. Meriodius Martyr ait quod signa illa erunt, quædam in aere alterationis, vt videatur Sol in tenebras conuersus & obæcatus, & luna in sanguinem. Et D. Hippolytus Martyr opinatur, quod Antichristus id efficiet, vt in meridie tam palpabiles sint futurae tenebræ, ac in media nocte, & e conuerso. Hoc adeo verum arbitror, sicut notat D. Au. vt quando Deus castigare voluit Aegyptios, illisque immitte re tonitrua, fulgura, grandines, tenebras, hoc egerit opere dæmonum, velut suis carnicibus, & iustitiæ suæ ministris: ita cecinit Rex Vates. *Misit in eos iram indignationis suæ, iudigationem & iram, & tribulationem, & immissiones per Angelos malos.* Idem nobis ad oculum liquet in historia Iob, in igne qui descendit de celo, quo diabolus in cineres redegit viri iusti ouium greges, & in tempestate & turbinibus, quibus domum eius funditus evertit. Vnde patet, quam sapienter procedat S. Mater Ecclesia, dum ingruente tempestate, aera coniurat, seu dæmonos exorcizat, qui in aere versantur, aera complectitur sonitu sacrarum campanarum, aspersione aquæ benedictæ, piis orationibus, crucis imaginibus, ac Sanctorum reliquiis.

Si tam peruersi fuerint illi, vt ea miracula, quæ oculis suis intuebantur, manibus suis contrectabant, experiebantur in ærotis, & semimortuis, toti mundo notissimis, sua maledicentia vellicarent, quo non aceto perfunderent, signa de celo? Si procul audirent horrenda tonitrua, terrificam viderent fulgura, radios ignitos, qui terram horrore conuoluerent? Signum vnum de celo desit eis Pater æternus ipsa Palmarum die, voce de celo, delapsa supra filium suum, quæ quasi ex nubibus proflicebat, quæcum vt si-



lium suum protestabatur, & esse se qui in se susciperet eius clarificationem. dicens: *Clarificavi, & iterum clarificabo.* Et ecce omnes adeo obtrebrati, ut quidam dixerint eorum: nihil aliud esse, quam factum tonitru, alii vero: *Angelus es locutus est.* Ita ut, realiter & vere, petendo signa de celo, ea peterent, quæ maledica verborum eruclatione possent enixius cavillari: proinde prorsus erat a ratione alienum illis ea concedere. Sit ergo hæc prima ratio illa denegandi.

§. 13 Signum non dabitur. Signa petebant, quæ admirationem tantummodo mouerent, ab intentione Christi prorsus aliena.

4 I  
Loc. cit.

Ca. 16.  
To. 6.

D. Amb.  
Li. 2. Luc.  
Tom. 3.  
Ioa. 11. 24.  
I.  
Duo sunt miraculorum genera.

Secunda ratio, ob quam Christus ei talia tenuit miracula, hæc est (ut D. Thom.) quia erant sine fructu. Christo nequaquam conuenit facere miracula instructiuosa. D. Augu- ingentio optime quadrat, conceptus ille, quem habet in libro *De uoluntate credendi.* Supponit primo, extra dubium esse, quod ad hominibus fidem persuadendam, nec illa fuerint miracula; cum enim sit fides de rebus supernaturalibus quas nec ipsa potest probare ratio, requiruntur probationes supernaturales, quæ sunt ipsa miracula. Hoc adeo verum est ut si ea ex se Christus mirante daret ab eo ipsa petere possent homines, & crederent, fidemque dictis adhiberent, & ipso ea non dante nemo eos iure redarguere valeat infidelitatis. Hoc enim ut regulam certissimam scripsit D. Ambr. in illud *Exurgens Maria* &c. *Morale est omnibus ut qui fidem exigant fidem adseruant.* Quinimo & ipse Christus hoc ipsum asseruit: *Si opera non fecerim in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non habent.* Secundo disparat D. August. quod genus miraculorum fuerit conueniens, ut Christus patraret, ad fidem: quam de sua persona prædicabat, persuadendam: duo enim sunt genera miraculorum, unum eorum quæ intellectum rapiunt in admirationem: quale foret illud: solem sistere, caelum retrogradi, lunam ascendere, sidera descendere &c. Alterum eorum, quæ eo modo intellectum satiant, ut etiam moueant, & afficiant. & alliciant uoluntatem; quale foret illud, dare lumen cæco, esurientes pascere, tibi filium tuum desideratissimum ad vitam reuocare, desperationem tuam curare infirmitatem &c. Hæc quippe talia sunt, ut ex parte una sint mi-

rabilia, & ex altera, uilia: ex eo enim quod prodigia sint, conuincunt intellectum, & ex eo quod adferant utilitatem attrahunt uoluntatem.

Ad fidem hominibus persuadendam (ait D. Augustinus) priora minime congruebant, hęc quidem postiora: Et hoc suadet ipsa ratio, fides enim non tantum dependet ab intellectu, quinimo & a uoluntate, ut declarat D. Thom. Sicut enim ea quæ fidem persuadent, euidenciam non præbent intellectui, ita necesse est, eum moueri a uoluntate ad credendum: proinde ut uerissimam habeo hæc D. August. propositionem. *Cæca non potest homo nolens, credere uero non nisi uolens.* Et ratione huius hæc quoque statuit propositionem. *Fides in credendum uoluntate consistit.*

Ob eandem rationem, dixit Apostolus ad credendum, necessario requiri, ut uoluntas alligetur, & captiuetur intellectum: & docent Theologie professores, ut fides firmus agat radices in intellectu, requiri piam affectionem uoluntatis. Ob hoc uidemus, neminem id credere, quod abhorret, nec facile eum esse hominem tibi persuadens, quem oderis uinimicum, aut quod apte loquatur, cui optas malum. Ad duo hæc consequenda, de necessitate requiruntur miracula: quæ comode sint mirabilia, ut sint pariter beneficia, quæ ex una parte suscipiant intellectum, & ex altera tuam alliciant uoluntatem.

Hoc liquido constat (inquit D. Aug.) si uenerit quidam asserens, se magna polleere potestate, & in eius probationem per aera uolites, unico halitu arbores eradicet, pugionis ista turres concutit fortissimas, fidem aliqualem eius adhibebis potestati: attamen non ob hoc ei afficeris, aut adhaerebis: At si tibi hoc monstraret, in eo quod te usque ad mortem infirmum, a medicis derelictum, iam supremo halitu expirantem, ipse propius accedens, solo contractu mortis faucibus eripere: incolumem: Si eeco filio tuo lumen restitueret oculorum, quam animo sincero illi crederes? quam prompte illi tuum subiret, ob tale miraculum intellectum, & ob beneficium uoluntatem? Illa miracula, conueniens erat, ut Christus ederet, & hæc illi propheta, ut ei propria adscripserunt. *Demum ipse ueniet, & saluabit uos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saluetur cernit claudus, & lingua infantium erit discipula.* Signa de celo, & quæ superficialiter tantum ingerunt admirationem, referuntur (ut diximus) Antichristo faciendæ.

Addit

11.  
Miracula necessaria ad fidem.  
2. 2. q. 2. 4.  
1. q. 2. 4.  
D. Aug.  
Lib. de ciuitate dei.  
Lib. de praedestin. sancti.  
2. Cor. 13.  
2. 2. q. 4.



3 p. 4. 4. rationem illi propriam. Manifestum est, media debere sibi proportionari. Christus intendebat persuadere, quod ipse esset Deus, & veniret, ut salutem homini corporis & animæ daret integerrimam. *Non misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.* Ea igitur miracula facere expediebat, quæ testarentur eum esse corporis & animæ saluatorem: & ista daret signa corpori, & animæ salutaria, qualia erant, quæ faciebat, tam perfectam dans sanitatem, quæ alterum doctum dimisit, ut dice e potuerit: *Totum hominem sanum feci.* Talem dedit sanitatem quoque paralytico, quem autem eum baiuli posuerant, ut eum primum in anima sanauerit, dum ait: *Remittatur tibi peccata tua:* deinde in corpore. *Surge & ambula.* Talem etiam ad piscinam, ubi corpore sanato, declarauit animam quoque saluam, dum ait: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare.* Vnde D Chryostom. hanc communem elicit doctrinam, quod quantis Christus corporis, in eum etiam animæ attulerit salutem. Hoc autem est, ut arbitror, quod Deu per prophetam Abacuc est locutus, quando multis à propheta precibus instans et rogatus tandem ei respondet, & filium suum mittendum re promittit, *Apparbit in finem,* quod idem significat, ut superius diximus, quod, *Apparbit in bonum.* Legunt Septuaginta. *Apparbit non in vacuum.* Quasi dicat, Apparbit, & ut sol lucidissimus mundo orietur, autamen non in vacuum nec ut opera faciat leuissima, & fructu vacua, sed quidquid est futurus, erit in bonum. Hic cæcos illuminabit, ibi leprosus mundabit, hodie demones eieciet, eras mortuos suscitabit &c. Quibus omnis populus in eius affectum, a noxam ac sequelam adeo frequens trahebatur, ut ipsi inimici blasphemones eructarent *Totus mundus post eum abit.* Si diuinitus eum sic, omnes credunt in eum.

¶ 43 Si illa, quæ petebant signa Christus faceret, nedum illos moueret, ut eum sequerentur, quin potius in malitia sua manerent pertinaces. Vnde ait Deus ad gradum altiore attollere Pharaonem, regem potentissimum creauit; at ille clausus tanta maiestate ac potentia in superbiam, Deo recalcitrauit inobediens: quocirca permisit Deus, ut in suæ malitiæ poenam, in sua duritie & rebellione obduraretur: quod causa fuit sæpe numero hæc verba repetendi: *Ego indurabo cor Pharaonis.* Nodum sapient hæc verba Gordianum. Horum autem do primam enodationem: sicut enim puer refractarius, natus ad om-

ne facinus per ipsa flagra magis obdurefcit, & castigatus a riori in præcepto em odio incandescit: Ita Pharaos flagris & plagis à Deo sibi immisiss obdurabatur magis ac magis. Ad hoc patrat miracula, ut Pharaone obdurefcente, verbera forent ac supplicia, quibus ille grauius irritabatur, & seuior in Deum Deique populum insurgerebatur persecutor. Hoc dixit D. Aug. *Deum non tantum sua patientia, sed & potentia, id est potenti merito, plagis & flagella Pharaonem obdurasse.* Sicut & diabolus, quo manifestus Dei videt potentiam, eo contra Deum furit arrogantior. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.* Vt notat Cornelius contra Calvinum, id est, O quæ signa contra illos! Vnum, aqua conuertitur in sanguinem, alterum, producantur ranæ, muscæ, locustæ, cyniphes grando tenebræ, mors pri nogenitorum, quibus *sumit sunt in omnibus bonis, in fructibus agræ, in animalibus, in filijs primogenitis, in auro & argento.* In corporibus per uicera. In omnibus sensibus, in visu per tenebras & spectra, in auditu per voces, echo, & tonitrua, in gustu per sitim, & potum sanguinis, in odoratu per terrorem aquarum corruptarum, & ranarum, in tactu per dolorem ulcerum, in phantasia & mente per macorem & timorem & terrores. Omnia illa signa, omnipotentæ Dei clarissima testimonia, illis fuerunt occasio maioris obstinationis, & peccati grauioris. Isti Christus ea, quæ requirebant miracula patrat, illis magis indurarentur, & nedum ei populus adhæret, quin potius ab eo discederet fugitiuus: sicut dum descendit Deus de celo daturus legem, quod & fecit, tonitru, radius igneis, fulgetris terribilis, quibus adeo terrebantur, & discubant, ut nec eum loquentem sustinerent. Quales, quæso te, forent hi, si ignem de celo, ut alter Elias in terram deduceret, qui illos consumeret quinquaginta? Aut fulgura & tonitrua excitaret horrenda, cum Samuele, quibus omnes collapsi conuulserentur?

Inter Christi miracula, hoc cæteris præfulsit, quod tres narrant Euangelistæ quod hominem liberarit integra demonum possessum legione, cuius numerus ascendit, ad sex milia, sexcentos, sexaginta sex, quibus miser ille torquabatur, catenas, conpedes, quælibet vincula diffringens, vnde eum omnes timebant, fugiebant, nec quisquam etiam fortissimus eum poterat domare, montes & speluncas incolebat, ubi Iudæi communiter sua effodiebant monumenta. Transiit per illas partes Saluator, vidit illum infelix ille, festinus occurrit, misericordiam, &

D. Aug. Lib. 5 contra Iulian. 6. 3. Ioan. 7. Pf. 73. 23. in Exod. p. 363. Exod. 19. 4. Reg. 1.

D. Matt. 8. D. Marc. 5. D. Luc. 8.



auxilium Christi deprecatur. Demones Christi praesentientes potestatem, exposcunt: quod si eos de corpore miseri huius eliminaret extores, illis ad minus concedat ingressum in porcos ibidem pascentes ad duo millia. Permisit illis hoc Christus quo ostendit (teste D. Aug.) hoc esse proprium diabolo habitaculum; nimirum porcū immundum, si hæc obentā licentiā tota demonū egressa legio infernalis intravit in porcos, & in instanti totus rapitur, grex, quasi turbine aclus violento in præceps, & in arti immergitur periturus. Multa hic latent sacramenta, quæ modo tempus non permittit declarare. Cunctus huius regionis populus illo modo miraculo perterritus, Christi agnovit potentiam: arcamen ad eum suos mittunt oratores, qui dicerent: personam tuam reueremur, agnoscimus, & omni cultu dignissimam iudicamus, quam tanta venerabilem reddit potestas: Verum enim vero, hæc nobis concede gratiam, ut regionibus nostris excedas: illis enim non indigemus qui talia edant miracula, tanto Iominorum dispendio, quale fuerat illud porcorum, quos demones aquis demerferant. Nota vero, anim alia illa non fuisse Iudæis propria, sed Gentilibus, qui inter eos mixtim versabantur: sed veriti sunt, quod qui tale patrauerat signum, in damnatum Gentilium, posset & aliud facere, quod illis quoque foret nocumento & damno, quocirca libellum supplicem Christo offerunt, felix abeat, & valeat, qui illos tanto timore perculsos constringebat. Quid porro facerent, si fulgura, si tonitrua, si turbines, si ignes exciteret, quæ eos & consternerent, & occiderent plurimos? Hæc miserrima fors nostra, ea petere, quæ nobis minus expediunt: Illud nobis Deus concedit, quod maxime est de salute nostra, & desideris nostris satisfacit, nihilominus ea nos petimus, quæ nobis maxime sunt obfutura: Hæc eius est misericordia, ea nobis denegare.

§. 14. *Petit mundus signum in aere, cuius vires sunt sicut tauri, Christi vero sicut unicornis.*

44 *Signa de cælo petunt à Christo in suæ potentis ostensionem, signa quæ sonitum edant quæ tumultum excitent, absque vilo fructu, & sine alio affectu quam quod admirationem adducant. Quis eorum esset animus, quæ voluntas probè nouerat Christus, dum illis ait: Vos*

*de mundo hoc estis: ego autem non sum de hoc mundo. Innatum est huic mundo, nec habere, nec velle signa in potestatis ostensionem, quæ Similitudinibus sint in beneficium pauperum vel infirmorum, do. sed non nisi tantum illa, quæ tumultum cient, & fragorem edunt, & in illis conquelescunt, cum tamen sit nemo, qui ex his aliquid sibi capiat emolumentum. Princeps moritur, succedit ei hæres filius magno fastu, magna iactantia superbus, ad suæ vero celsitudinis ostensionem, pectoris magnanimi, & potentis ac diuini. tum iactantiam quæ paterna successione illi adueniunt, quæ non instruit, laruatorum ludos, choræ, arundinum luctas, torneamenta taurorum. Ad hæc autem & qualis ornatus: quot equi! quis equorum diues apparatus? quæ phalæx? quis tantus campularum? qui ignes? quæ faces? O quam hæc sunt præclaræ! Sed quis eorum finis aut fructus? Mirabilia in aere, quis eorum tandem exitus? Nullum ex his fructum percipies oriri, nec patris solutionem debitorum, nec pia adimplet legata, quæ filio testamento conscripsit, nec vitam pro anima eius missam curat celebrari, nec xenodochium fouetur, nec redimitur captiuus, nec vidua alitur, quin potius mercator mille effudit querelas, quod ei nec serica, nec panni soluantur ablati ex officina: factor conuenitur, quod sibi manuum suarum labores non compensentur, operarii, quod sibi merces debita iniuste defraudetur, Ecclesiæ procurator, quod sibi sepultura jura denegentur, sacrista Conuentus, quod elemofynas paucorum sacerdotum tequeat obtinere, quæ sibi sunt commendata. O ter insaufulum mundum! o Babyloniam confusionis!*

Contuere, quæ so te primos illos Babylonis incolæ, qui eius jecere fundamenta, quid illis intendunt, nisi suam iactare potentiam, quæ toto mundo ut gens potentissima, ditissima populus habeantur. *Venite celebremus nomen Gen. 2. 11. nostrum.* Ad hoc autem, quid agunt? opera in aere. *Edificamus turrin cuius cacumen pertingat In c. 1. p. ad cælum.* Et re ipsa cæperunt immensis laboribus Isr. & expensis erigere turrin, eamque in cælum teste D. Hier. ex Eusebio, ad quatuor millia pedum altitudinem eleuarunt. O quantus in ea apparatus, quot impense in aere! *Vsq. ad cælum.* Hoc ut rem magni momenti celebrabant: Erat autem hoc opus, ut sibi persuadebant potentis suæ præco, fortitudinis animi testis publicus, & tubicem diuinitatum: hoc enim est quod agit mundus, opera, quæ diuitias consumant,

mant, & vites enervent, ea sunt, quæ mundus laudibus extollit. Quam alter exornatus ob institutas à se arundinum luctas, alius ob inane facinus, alter ob Iaruarum ludos tam inutiles, quam sumptuosos? Nihil facit eum mundus, qui auctoritatem suam, bona sua, potentiam aliorum impendit emolumento, eum qui vidua misericors succurrit, eum, qui redimite captivum liberalis, eum, qui pauperibus in hospitali seruit humilis, eum qui suis manibus pauperibus iis offert fercula religiosus.

45 Deplorat D.Hier. Afellam Romanam nobilissimam feminam quæ Romæ agebat. Illustres Matronæ nobilitatis Romanæ flos ob generis eminentiam, & divitiarum luxum, Paula, Eustochium, Melania, quæ ex consilio D.Hier. propulerant mundo renuntiare, opes suas distraxerant, pretium pauperibus diuiderant, ut essent perfectæ, & thesaurum sibi in celo ditissimum compararent, quem Christus adolecenti promiserat. Quidquid habebant, calamitate oppressis erogabant, summo studio viduis aderant, pupillis debilibus, tenuioribus nosocomis auxiliatrices. Ecce tota in eos Roma commouetur, cunctorum lingua procaces, eas ut à nobilissimo suo sanguine ac stemmate degeneres accusant: eo quod se nimium abiicerent, & communes viverent, quæ nescirent sibi aliorum conciliare reuerentiam, admirationem, æstimationem: quod facultates suas inutiliter, & inhonorè dilapidarent. Super hoc D.Hier. calos obtestatur (a) & ait: Quod si nobilissima hæ femina diuitias suas impenderent choræis, ornatum muliebri, vanitatibus, intortis capillis, vestibus plumariis, recreationibus, cœnis, lecticis, iustis, illustres vocarentur, nobiles, magnanimæ, prudentes, bene educatæ censerentur: quia verò omnia in proximi bonum elargiuntur, ut viles, & vecordes æstimantur: Si Paula, & Melania balnea peterent, unguenta eligerent, diuitias & libertatem habere matrem luxuriam & libertatem, Domina vocarentur. Stylo per e. gant. descripsit Moyses Christum in persona pulcherrimi Ioseph. Habebat Iosephum præ oculis, sed corporis, at Christum præ oculis mentis, & fidei, dum ait: O rei maxime Ioseph: Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis, cornua eius. Pulcher es, o Ioseph, pulcher, velut taurus primogenitus, leuis, luxurians: cornua tua, cornua Rhinocerotis. Hoc omnes demittantur. Cur enim comparando Ioseph quoad corpus tauro, non etiam comparat tauri cornibus, sed vnicornis: In

S. Scriptura cornua significat fortitudinem ac cornu potentiam: quia animalibus cornutis, totum Rhinocerotus consistit in cornibus. Voluit explicare rotis quaedam Iosephi prærogatiuam virtutis. Pulcher fuit ad aspectu, & quia talis, iniecit Domina tur. sua oculos in illum quinimo obambulante eo per plateas & vicos ciuitatis, prospiciebant mulieres per fenestras, faciei allictæ venustate: hoc enim significatur per illud: *Ecce discurre- runt super murum*. Verumtamen laudat, quod eius cornua non fuerunt, ut cornua tauri, sed ut vnicornis.

Gen. 49  
22.

Hoc interest inter vtrumq. discriminis, quod taurus robur suum ostendet & impendat in acre. Attrahit hominem, & in acre sustollit, cadentem inter cornua recipit, rursusque in acre ventilat altius, nec desistit, donec hominem in acre membratim discerpit: Nullus alius est fructus, nec aliam spes de tauro vtilitatem, quando eorum cursum intueris, præterquam luctatores, seu venatores in acre discerpi, diffringi, velles, clamydes &c. in acre. E contra robur, quod Rhinoceros ostendit suo vnicorno, vergit in mulorum vtilitatem: illo quippe cornu venenum aufert aquarum, & illas purificat, quo animalium sitientium succurrit necessitati, cuium, vaccarum, passerum &c.

46 III.  
Cornua  
tauri per-  
niciosa  
sunt.

Hæc autem illa fuit prærogatiua Ioseph, qui cum tanta polleret auctoritate, ut totius Egypti regeret habenas Dominus absolutus secundus post Pharaonem, illa non vsus est, nec impendit, ut taurus quo fratres suos in acre discerpendos sustolleret. Ictum eum grauitate offendissent, nec in comædiis insuauendis in acre recreationis ergo, nec equorum cursibus conneamentis, spectaculis, et impendo lanceas in acre, sed in populi totius beneficium, his & alius triticum &c. bos administrans, in hominum alimentum, hoc vnum sollicitus ut omnibus sufficiens erogaretur alimentum, fratribus suis beneficus, totumque filios enutrit, iens, patri suo ætate iam proveciori succurrens: honores, redditus, & exemptionis magnas concedens sacerdotibus, denique totam ab interitu vendicans regionem. Et in hoc præclara fuit Christi figura: *Speciesus erat forma præ filiis hominum*. Potestatem suam non ostendit, nec impendit, ut taurus in acre, in operibus, quæ in acre euanescent, sine vilo fructu, sed sicut Vnicornis, venena capiens, curans inimicatas, damones eiciens: *Virtus de illo exibat*. Ad quid? *Salutem & vtilitatem*. Eleganter hoc dixit D. Marth. *Accesserunt ad eum turba*

1773  
Luc. 9. 17.  
Mat. 12. 17.  
30.  
Mat. 12.



gaudeat deliciis: per hoc ad tam horrenda descendens cruciatuum tormenta, vt nullum tibi sit futurum membrum, quod suos non patiatir cruciatu. *Quantum glorificauit se & in deliciis suis, tantum datur illi tormentum & luctum.* Hoc probè imo malè experti sunt Pharisæi, qui eo neruos omnes intendebant, vt in Hierusalem, & terra promissionis firmam constituerent sedem, loca uia, honores, & plura, sacerdotium, & sacrificia perpetuo conseruarent: ex hoc illos Deus in tam calamitosam deiecit feruitu: em: vt toto mundo oberent vagabundi: *Superbia cordis tui exaltauit te &c.* Si inter sidera posueris nidam tuam, uide d. t. abam te. Attende quid desideres, uide quæ proerres, quod si contra Dei legem quidquam moliaris, & tuis obedias concupiscentiis ex hoc mihi crede, totum perdes, & in profundum omnium decidis miseriarum. Hoc erit tibi signum: mors mea, mea resurrectio: me etenim uestris manibus uoluntariè interempto, mors ego manibus te in gan gloriosus. O quam effi ax signum Christi mors! hæc quippe ueltram manifestabat in malitiam, at eus in moriendo bonitatem. Non potuit tota mortalium malitia, addo, nec inferni, consendere altius, quam vt Deum ipsam sacrilegi interimerent: quoniam peruenerunt peccata eorum usque in caelum, Et Dominum occiderunt lessum. Dominum suum, saluatorem suum.

Eri nequit ut nefandior patretur à seruo peruersitas, quam si Dominum suum cruce configat ignominiosæ, sed nec eminentior dari potest, bonitas, charitas ac misericordia Dei, quam pro illis ipsis mori, qui eum morti tradebant innocen. Testatur prima ueritas. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis.* Finc uero (clamat D. Bern) uel. regressa est, Christe tua charitas, cum uirã tuam fuderis etiã pro inimicis. *Comendat charitatem suam Deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est.* ait D. Paul. Sicut enim præcipuum futurum est signum peruersæ uestre potestatis, mors mea: me in profundum deicere sepulchri amertis cetero deglutiri; ita præcipuum erit mea signum potestatis, tertia die assurgere rediituum. Fuit hic nouus prædicationis partus Euangelicæ: fuerunt hæc signa cæteris præstantiora. Censeo hic impleri illud Exodi. Post vituli confectis idololatriam, precibus itabatur Moyses cum Deo, cui Deus: gradi nolo uobiscum, te uos soli, *Populus dura ceruicis es una die dispergam te &c.* Facies mea præcedet te. O Domine Deus replicat *Ligron. Bapt. de la Nuz. Tom. 2.*

Moyses, *Si non tu ipse &c.* Internecioni tradetur populus, actum est de illo, si non tu ipse præcedas populum Ductor. Demum post quadraginta dierum ac noctium in monte ieiunium, & sermonem cum Deo productum, quo tempore ei ostendit *Posteriora eius.* Repetit Moyses suum thema: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro gradiaru, nobiscum; & hoc eo modo, ut petierat: Vt glorificemur ab omnibus populis.* Cui Deus; *Populus dura ceruicis est.* Et hoc ipsum Domine iam noui; Verumtamen, hæc mihi (amabo) gratiam concede, *Respondit Dominus: Ego inibo pactum, uidentibus cunctis signa faciam, que numquam uisa sunt super terram, nec in illis gentibus, ut conuincat populus iste, in cuius es medio, & tu Domini terribile, quod facturus sum.* Quæ, peccor, et ut hæc signa, maiora his quæ fecit in Aegypto grauisima, in Marath mirabilia, & in manna de caelo magna? Et aiunt Rabbanus ac Rupertus, adhuc maiora. Et, nisi fallor, illud est, de quo Isaias coram A. uaz rege *Numquid parum uobis est, molestos esse hominibus, quia molestus estis & Deo meo? Ecce dabit Dominus uobis signum: Ecce uirgo concipiet. Partum enitit nouum, id est Euangelium, omnibus gentibus: Faciam signa que numquam uisa sunt.* Et hoc signum, erit Christi mors & resurrectio, in quo dedicatio Euangelii fundabitur. *Signum Ione propheta* Quo populus iste duræ ceruicis uideat opus illud terribile, nimirum propriam experiatu reprobationem, de quibus alias latius disseremus.

Isai. 7. 13.

§. 16. Viri Niniuitæ. Omnes Niniuitæ, uiri fuerunt, de quorum penitentia, & Regina Saba sapientia conscribitur apud medicinale Recipe.

O Ccasione huius, prædicit illis Christus eorum reprobationem, æternamque condemnationem, ad quam eis erunt Niniuitæ atriglyphæ, & iudices condemnatos: et quandoquidem illi, ad uincam, hominis incogniti comminationem, mari ei. Si, uentis ceteri et statim nullo alio præcurrente vel comitante signo, parum est quod crediderint, in super. adm. iandam omnes subere penitentiam, tege præ eunte, usque ad infimem gregis opilicnem, a fortissimo usque ad puellam tencrisimam, a senectate declinet, usque ad infantium uiciorum uix natum: illi uero tot exhortationibus, tot signis confirmatis, non tantum ei non crediderunt, insuper & ei. m. ciarunt, & peiores euaserunt. *Viri*

8 a a Nini



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

*Niniuita surgunt in iudicio. Ecce. Nota Veri Niniuita.*  
 Admiror D. Petr. Chrylogogi conceptum,  
 quo l' ab initio civitatem hanc condiderit Deus  
 & de Iona disposuerit historiam, in populi Iu-  
 daeorum condemnationem, & suae potestatis  
 testimonium, eorumque ob durationem, vt sua  
 omnibus pateret causa justificata. Civitas erat  
 haec toti mundo celeberrima, & illa quae p' ima  
 post diluuium fuit aedificata, vbi populus in co-  
 piosam exercuit multitudinem, inter quos vixit  
 famosus ille Nemrod, filius Chus, Nepos Cham  
 de quo Spiritus, S. *Ipse cepit esse potens in terra*  
*Potens* (ait D. Aug.) *robore avelacia, superbia, cru-*  
*ditate.* Proinde sic addit: *a Et erat iobustus ve-*  
*nator coram Domino,* D. Aug. b Venator homi-  
 num, quos sibi tyrannus subiciebat, & sauo  
 regebat imperio D. Hieronymus ait: quod feritate  
 & cruciatuum terribilitate, populum a cultu  
 Dei, ad idololatriam attrahebat. Hoc est *Coram*  
*Domino.* Alii *contra Dominum.* Scipsam Regem  
 creavit, & Babyloniam extruxit. *Eius principum*  
*regnavit Babylon.* Hic pater fuit Nini, ex mul-  
 torum opinione, quem omnium primum adora-  
 runt vt Deum cognominis Belus, quem filius  
 eius Nini, vt Deum voluit adorari. Vnde, con-  
 sequenter omnia idola sibi nomina assumpserunt  
 Baal, Baal, Baalim: credunt quoque eum fuisse  
 Iouem, omnium quos perfida, caecaque colunt  
 Gentilitas Deorum Primicium, Quae Babylonia  
 egressus aedificavit Niniuen: hanc inuixit funda-  
 mento. *De terra illa egressus est Assur, & aedifica-*  
*uit Niniuen.* Hunc Assur opinantur multi fuisse  
 Ninum. Addit autem S. Hieronymus: *Hac est ciui-*  
*tas magna.* Ecce civitas prima cognomine ma-  
 gna, & iure merito, vt enim refert Pererius, ex  
 Diodoro, & Strabone, complectebatur in ci-  
 uitate viginti leucas ho aias. Muri centum pe-  
 dum altitudine erigebantur, amplitudine tanta,  
 vt pariter su tres quadrigae procederent, cen-  
 tuum quaeque agmina turribus munitur ducen-  
 torum pedum altitudine, quae in tam vastam ex-  
 creuit magnitudinem, vt in diebus Iona, iter  
 ad eam perambulandum requireretur triduuum.  
 Ex solis pueris lactentibus numerabantur cen-  
 tum viginti milia. Perpende, quae haec ciuitas?  
 Quanto autem haec ciuitas aliis magnitudine ac  
 opibus excoiebat, tanto quoque alias vincebat  
 malitia, ac peccatis *Vsq'ue ad calum Ecce.* Vult  
 illam misericors Deus ad frugem reducere me-  
 liorem, quid ager? An millenos destinabit pro-  
 phetas, qui toto spectante populo mirabilia o-  
 perentur, quibus illi commoti conuertantur?  
 Minime gentium. Vnicum tantum mittit, &  
 eum quidem incognitum, maris abortiuum, ille

igitur eos illo modo preparabit, vt ad vnicam  
 suam praedicationem omnes se virili peccatore ad  
 vera conuertant lameta poenitentiae *Viri Niniuitae*  
 An ergo non fuerint ibi mulieres? Fuerunt  
 (asserit D. Chryl.) Jartamen vocantur omnes viri:  
 omnes quippe viri fuerunt, in agenda poeniten-  
 tia, virili, constanti, infra loque peccore. No-  
 ta: D. Cyrillus id quod postmodum D. Greg.  
 quod in Dei vocabulario, hi omnes vocentur  
 viri, qui viri sunt fortitudine, constantia, & pe-  
 ctoris robore, licet: quoad sexum sint mulieres:  
 sicut e conuerso, omnes illi vocantur mulieres,  
 qui tales sunt pusillanimitate, inconstantia, tu-  
 miditate, & virutum exercent opera ea repidi-  
 tate, vt se suis patientur passionibus lupetari. Ita  
 expendit Origenes: quod homines productoris  
 barba de populo suo vocet mulierculas, vni  
 suo Ezechiel collocutus: *Contra filias populi tui,*  
*Loquebatur de praedicatoribus, & populi rectoribus.*  
 Quinimo & ipsos Niniuitas, post annos  
 quadraginta vidit, propheta Nahum, & eos in-  
 uenit omnes mulieres: *Ecce populus tuus mulieres*  
*in medio tui.* Quid igitur, an in tam copiosa ho-  
 minum multitudine viri nulli reperiebantur?  
 Sicut omnes fuerunt viri, dum poenitentiam ani-  
 mo virili ac constanti sunt amplexi *Viri Niniui-*  
*tate* postmodum omnes, vt mulieres censeban-  
 tur, quando quadraginta post haec annis in agen-  
 da poenitentia defecerunt, & se suis passi leu-  
 cupiditatibus, feminea inconstantia superari.  
*Ecce populus tuus, mulieres.* Viros vult Deus (te-  
 statur D. Greg.) & ad illos tantummodo veci-  
 feratur, quando ait: *O viri, ad vos clamato.* Qui in  
 agenda poenitentia vir est, qui tam complecti-  
 tur, vt Niniuitae, adeo stricto, ieiunio adeo dur-  
 tis cil eius, adeo dolorosis gemitibus, adeo viua  
 cordis compunctione, adeo absolutis prophi-  
 tis, adeo publica morum viceque mutatione,  
 Illi (credamus Christo) generationem hanc  
 prauam & adulteram iudices condemnabunt:  
 Pariter & ipsa Regina Saba, quae ex auditu  
 tantum eorum, quae centenariis multis a Meri-  
 die leucis, de Salomonis sapientia vulgari fama  
 spargebantur, uer aggressa est adeo diuturnum  
 periculosum, & sumptuosum, vt eum, & videret  
 praesentem, & audiret disputantem, quo vero  
 propior accedebat, eo plus & reuerentur &  
 magnificiebat Salomone: Hi autem, genera-  
 tio prava & adultera, cum me habeant praesen-  
 tem, qui maior sum infinitis Salomone, non  
 longo viarum intervallo praedictum, sed oculis  
 suis spectatum, quanto coram eis plura edo mi-  
 racula, tanto me reputant viliores.

Suba

I.  
 Origo  
 urbis  
 Nini-  
 ue.  
 Gen.  
 10.8.  
 a Gen.  
 10.10.  
 D. Au.  
 b L. 16  
 de ciu.  
 cap. 4.  
 Tom. 5  
 c Lib 6  
 Erimo.  
 Gen.  
 10.11.  
 Iona.  
 cap. 1.

Hom. 1 ad  
 populum.  
 Lib. 1. de  
 adoratione.  
 Lib. 28.  
 mor. c. 7.  
 In c. 13.  
 Ezech. 13  
 17.  
 Nahum.  
 3. 13.  
 Lib. 28.  
 mor. c. 7.  
 Fran. 2. p.  
 Lib. 1.  
 Luc. 2.  
 Luc.  
 11.  
 Lib. 1.  
 Gen. c.

**49** Subtiliter expendit D. Ambr. quod diuina  
quodam sapientia Christus copulauerit ope-  
ra Niniuitarum, Regine Aultri diligentia, vt  
ex illis ambobus; Pharisæis iustitiam suæ  
causam ostenderet damnationis; nobis autem  
perfectum ac sufficiens nostræ salutis remedium.  
Quid egerunt Niniuitæ? *Pœnitentiam egerunt  
in predicatione Ione, eam que animo sua serio, vt  
de his testatus sit Vates, Ionas: Prædicauerunt  
iuniorum; & vestiti sunt saceti &c. Et clamau-  
erunt ad Deum. & conuersi sunt à via sua mala.*

Quid Regina Saba requisit? Sapientiam.  
Veni à finibus terre audire sapientiam Salomonis.  
His pœnitentes Niniuitæ, & Regina sapiens  
efficitur. En tibi, ô peccator, omnibus numeris  
abolutum salutis tuæ remedium, vna medicina  
confecta ex duobus, Niniue & Saba, pœnitentia  
& sapientia. Tibi necessaria est pœnitentia,  
qua gemas, plores, & coram Deo humilis pro-  
fitearis, rogans misericordiam, qua de præte-  
ritis dolens & confundaris delictis, ieiunio quo-  
que ac cilicio corpus tuum castigas: sit autem  
illud vtiliter, constanter, non ioco, non femi-  
nina leuitate: Peccata desere, de via tua mala  
ad meliorem convertere, & tunc eris: *Conuersi  
sunt vnusquisque à via sua mala. An illud suffi-  
ciat? Nequaquam, sed & sapiens esto, vt teip-  
sum custodias, diligenter, sedulo caueas, ne ad  
deplorata semel ac relicta peccata, vt canis ad  
vomitum, reuertaris: Sapientia requiritur, qua  
te hoc in statu serues incolumem, & manum  
mittens ad aratrum retro ne respicias, regno  
Dei ineptus. Hoc prædicat D. Ambrosius, pecca-  
toribus necessarium. Peccata commissa plangere.*

*Et plangenda iterum non committere.*

Hac, vt iter, ex causa, Christus celebrem  
instituit concionem, quam nobis refert D. Luc.  
& præmissis rebus præclarissimis, quales diuino  
ore suo erudibat Dei sapientia: addit. *Memores  
estote uxoris Lot.* Cunctis nota liquet historia, no-  
uerunt omnes exitum huius mulieris infelicem  
metamorphosin formidandam, quam perpendit  
D. Augustinus. Si rem penitus inspiciamus, mulier  
fuit hæc prototypon pœnitentis sed stulti pœ-  
nitentis, inquam: realiter enim luxuriosam  
deseruit ciuitatem, & ea profus est egressa,  
fugit & in montana celerrima conscendit.  
Attamen varium & mutabile semper femina,  
quæ corpore maledictam reliquerat ciuitatem,  
eamdem oculis repetiit curiosa. Verus pœni-  
tens, totaliter manum mittit peccatum, illi  
valedicat in perpetuum, occasiones fugiat, sed  
nec oculos suos quidem ad illud reflectat. Stulta

mulier hæc & cerebro vacua, sale non est salu-  
ta, proinde in statuam salis conuersa castigatur.  
Querit D. Augustinus, cur magis in statuam salis,  
quàm æris, vel petræ? Si enim ad æternam  
hæc statua erat seruanda memoriam, teste Spi-  
ritu S. *Incredibilis anima memoria, durior statua*

*Sap. 6. 12.*  
æris, quàm salis, quæ aquis diluit, obriguisset.  
Sed Dei acquiescamus decreto: sal etenim sym-  
bolum est sapientia. Conuertitur igitur mulier  
insipida in salis statuam, quæ sapientiam deno-  
tet, vt tu, velut animal, vitæ tuæ audis, illam  
lambas, cum naturale sit animalibus, ex petra  
salis melliorari, & perditum recuperare cibo-  
rum appetitum. Illam tu lambas, & sapiens  
esto. *Nec enim in quæcumque statuam, sed in sta-  
tuam salis versa est, vt exemplum fiet, & consti-  
mentum, vnde alii salientur, id est eius memi-  
nisse proficere ad sapientiam. Petra enim salu lan-  
guentibus animalibus palatum sapientum reddit, &  
edendi aviditas reparatur. a t. Rupert.*

O quot  
pœnitentes dolemus, quibus non proficit pœ-  
nitentia, vt pote insipientibus: heri Sodoma  
peccatorum egrediuntur, at hodie in illam re-  
grediuntur: heri mulieris societati renuntiasti  
luxuriosæ, hodie vero in eam reflectis oculos,  
imo & conuertis animam: heri alterius puellæ  
donaria reiecasti pœnitens, hodie illa repetis &  
quæ is facti pœnitens, quæ tibi erant offendi-  
culo, heri Iulium domibus excessisti flens a-  
mare comite D. Petro, vbi Christum perfidus  
abiurauit, & hodie te video remeantem, qui  
pœnitentiam agis de pœnitentia. In ipsis hoc  
patet Niniuitis. Fuerunt pœnitentes, & tales  
quales nouimus, attamen male sapientes: eo  
quod breui annorum intercurso, ad viam suam  
malam, à qua prius sapientes deslexerant, repe-  
darint insipientes; Quocirca Deus illos peredi-  
dit relapsos, vt illis propheta Nahum fuerat  
comminatus. *Ex duobus (ait D. Ambrosius, huius  
historiæ commentator) constat Ecclesia, & vt aut  
peccata nescias, aut peccare desinas, Pœnitentia  
enim delictum abolet, sapientia cauet. Ex de-  
fectu pœnitentia quidam perunt, alii ex defectu  
sapientia. Iudæi ex vtroque, qui propterea  
Niniuita condemnabunt, qui pœnitentiam egerunt  
ad prædicationem Ione. Illi autem pœnitentiam  
non egerunt ad prædicationem Christi, & Regina  
Aultri, quæ sapiens effecta est, audiens sapien-  
tiam Salomonis, isti autem nequaquam sapientes  
facti sunt, audientes ipsam Dei sapientiam Chri-  
stum. Si illos igitur condemnabunt: Niniuitæ  
& Regina Saba; Auertat Deus, ne & ipsi nos  
condemnent, sed nos potius instruant iudicantes.*

*Ex*

*Ryder  
Lib. 6. in  
Gen. 12.*

*D. Ambr.*

*D. Ambr.  
de c. 11.  
Luc. 17.  
Luc. 17.  
Luc. 17.  
Luc. 17.*

sed nos potius instruant rudiores. Ex Ninivitis vita vivamus per Dei gratiam, qua semper in feriam discamus agere penitentiam, & ex Regina Aultri in perseverare sapientes: ut in hac aeterna gloria perfruamus. Amen.

## S V M M A R I V M

## HOMILIAE NONAE SEQUENTIS.

a §. 1.  
b §. 2.  
c §. 3. 4.  
d §. 5.  
e §. 6.  
f §. 7.  
g §. 8.  
h §. 9. &  
i §. 10.  
k §. 11.  
l §. 12. 13.  
m §. 14. 15.  
n §. 16.  
o §. 17.  
p §. 18.  
q §. 19.



Reponit nobis Evangelium mulierem Chananzam, qua nobis sit magistra orationis a hæc enim ea est, qua quidquid nobis est necessarium, obtinemus b Eam domo sua expulerunt calamitates, & ad Christum adduxerunt: ipse enim est, qui ad hoc illas immittit c & docet nos orationis argumenta. Primum: à peccato discedere d. Secundum: exordiri à miserere e. Tertium: suorum peccatorum culpas recognoscere f. Quartum: ad Deum recurrere pro remedio quod si subinde taceat, nec respondeat, hæc ea est ratio: ne tua finiat oratio, qua ei est acceptatissima h. Et si verbis non respondeat, respondet tamen via virtutis i. Quintum: in ea perseverare k. Sextum: calamitates perfere patienter l & de necessitate elice e virtutis exercitium m. O ratio tantæ fidei, à Deo, quidquid petierit, impetrabit n.

- §. 1. Excitat Dominus Israel si spiritu mulieres, quando virorum deficit fervor spiritus.
- §. 2. Est oratio, thesaurorum Dei clavis, cuius usum nos docet mulier Chananea.
- §. 3. Elza Iudæos deserenti, coram sevierunt, & Christo gentiles, ad quorum ultimam lineam Sol iste radiavit.
- §. 4. Egredia mulier. Egredus Christi, huius mulieris operabatur egressum, qua, ut Onager, capta est tribulatione.
- §. 5. Egredia. Ad faciendam orationem, egredere de peccato: quia etiam alienum peccatum impedit orantem Moysen: Cur stantes oramus.
- §. 6. Misere. e. Hinc optime inchoatur oratio, & non sicut Pelagus docet, nec vult Deus vix verbera.
- §. 7. Mei. Punit Deus parentes in filiis, & aliquando demonem suis appetunt filibus.
- §. 8. Magna huius mulieris fides, qua Christum implorat: est enim adversitas, ut mirum Hieremia.
- §. 9. Non respondit. Deus nobis non respondet: vel quia illi non respondemus, vel quia dissimulat.
- §. 10. Est pauperum oratio arom: Deo suave fragrans, quam ut melius audiat, precepit in celo silentium.
- §. 11. Verbum. Christus mulieri via virtutis non respondit, sed virtutis, ut David ait.
- §. 12. Accedentes Discipuli. Christus hoc eis negat, quod pro muliere hac requirebant, ut eis ostendat virtutem.
- §. 13. At illa venit. Orationi necessaria est perseverantia, licet nobis nullus respondeat.
- §. 14. Non est bonum. Hac repulsa provocat Christus huius mulieris fidem, qua virtus apparet celestis.
- §. 15. Etiam Domine. Ex opprobrio retulit mulier misericordiam, sicut Anna & Esther.
- §. 16. Mittere canibus. Attende, quod melior est canis vivus leone mortuo, & quod de tenebris Deus lucem educit.
- §. 17. Etiam